www.e-rara.ch

# Plotini Platonicorum facile coryphæi Opervm Philosophicorvm Omnivm Libri LIV. In Sex Enneades Distribvti

Plotinus
Poliziano, Angelo
Dazzi, Andrea
Porphyrius

Basileæ, MDXXC. [1580]

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-74031

Plotini ennead. sextae, liber II. De generibus entis.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

### ΛΟΓΟΣ Β.

# PLOTINI

## ENNEAD. SEXTAE,

### LIBER II.

ΠΕΡῚ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος δεύτερον.

De generibus entis.

*Solum eſſe verum ens arbitramur, cui non miſcetur entis oppoſitum, id eſt eſſendi defectus atq; priuatio.* *Cap. I.*

*Oportet igitur id eſſe in ſua natura integrum, ſemperq́; manere. Nõ decet ens falſum vnà cum ente vero ſub eodem genere collocare, ſicut neq; Socratis imaginem cum Socrate. Proſequetur quidem Plotinus deinceps entium genera Platonico more: Interpretationem verò in his Magnanime Laurenti breuiſsimam à Marſilio tuo nunc accipies. Audiſti enim nonnunquam, & fortè quandoq; leges familiarem tuum atq; meum Pierleonum, myſteria eiuſmodi diuino quodam, vt cætera ſolet, inſtinctu tractantem.*

*ἐπειδὴ

ΕΠΕῚ * δὲ περὶ τῶν λεγομένων δέκα γενῶν ἐπέσκεπται, εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς ἓν ἀγόντων γένος, τὰ πάντα τέτταρα ὑπὸ τὸ ἓν οἷον εἴδη τιθεμένων, ἀκόλουθον ἂν εἴη εἰπεῖν, τί ποτε ἡμῖν περὶ τούτων φαίνεται, τὰ δοκοῦντα ἡμῖν, πειρωμένοις εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγειν δόξαν. εἰ μὲν οὖν ἓν ἔδει τίθεσθαι τὸ ὄν, οὐδὲν ἂν ἔδει ζητεῖν, οὔτ᾽ εἰ γένος ἓν ἅπασιν, οὔτε εἰ γένη μὴ ὑφ᾽ ἕν. οὔτ᾽ εἰ ἀρχάς. οὔτε εἰ τὰς ἀρχὰς καὶ γένη τὰς αὐτὰς δεῖ τίθεσθαι. οὔτε εἰ τὰ γένη καὶ ἀρχὰς τὰ αὐτά, ἢ τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας, καὶ γένη. τὰ δὲ γένη, οὐκ ἀρχάς. ἢ ἀνάπαλιν. ἢ ἐφ᾽ ἑκατέρων τινὰς μὲν ἀρχὰς καὶ γένη, καί τινα γένη καὶ ἀρχάς. ἢ ἐπὶ μὲν τῶν ἑτέρων, πάντα καὶ θάτερα. ἐπὶ δὲ τῶν ἑτέρων, τινὰ καὶ θάτερα. ἐπεὶ δὲ οὐχ ἓν φαμὲν τὸ ὄν, διότι δὲ εἴρηται καὶ τῷ Πλάτωνι καὶ ἑτέροις, ἀναγκαῖον ἴσως γίγνεται, καὶ περὶ τούτων ἐπισκέψασθαι πρότερον, εἰς μέσον τιθέντας, τίνα ἀριθμὸν λέγομεν καὶ πῶς. ἐπεὶ οὖν περὶ τοῦ ὄντος ἢ τῶν ὄντων ζητοῦμεν, ἀναγκαῖον πρῶτον παρ᾽ αὐτοῖς διελέσθαι τάδε. τί τε τὸ ὂν λέγομεν, περὶ οὗ ἡ σκέψις ὀρθῶς γίνοιτο νυνί, καὶ τί δοκεῖ μὲν ἄλλοις εἶναι ὄν, γινόμενον καὶ αὐτὸ λέγομεν εἶναι. ὄντως δὲ, οὐδέποτε ὄν. δεῖ δὲ νοεῖν ταῦτα ἀπ᾽ ἀλλήλων διῃρημένα. οὐχ ὡς γένους τοῦ τι εἰς ταῦτα διῃρημένου. οὐδ᾽ οὕτως οἴεσθαι τὸν Πλάτωνα πεποιηκέναι.

A POSTQVAM de generibus decem conſiderauimus, diximusq́; deinde de illis qui ſub vno quodá genere cuncta velut quatuor ſpecies complectuntur: reliquum iam eſt, vt noſtram de ijs ſententiam explicemus, conátes videlicet opinionem noſtram ad ſententiam Platonis redigere. Si igi-
B tur vnũ ens oportuiſſet ponere, nihil opus eſſet inquirere, nunquid vnum ſit genus in omnibus: nunquid rurſus genera non reducantur in vnum: & num principia ſint dicenda: neque rurſus vtrum principia etiam genera ſint ponenda: neq; viciſsim vtrum genera ipſa eadem ſint atq; principia: neq; vtrum principia quidẽ omnia ſint & genera: genera verò non æquè principia, vel viciſsim: ſiue potius in vtriſq; aliqua quidem principia ſimul & genera, aliqua
C etiam genera ſimul atque principia: an fortè in alijs quidẽ omnia ſint ſimul & alia, in alijs autẽ quædá ſimul & alia ſint. Quoniá verò ens non vnum ponimus, ratioq́; huius ſententiæ à Platone & alijs præſertim ſuis eſt aſsignata, fortè neceſſarium eſt, de his quoq; cõſiderare, primò quidẽ, quem numerũ, & quomodo ponamus in mediũ afferẽdo. Cum igitur de ipſo ente vel entibus indagemus, neceſſariũ eſt inprimis internos hæc ipſa diſtinguere. Quidná videlicet
D ens ipſum dicamus, de quo in pręſentia ritè cõſideramus, quidue ens eſſe alijs videatur, quod tamẽ nos non quidẽ quod vnquá ſit, ſed quod fiat potius appellamus. Eſt autem operæpretium intelligere, hæc inter ſe diſtincta nõ quaſi aliquod vnũ genus fuerit in ipſa diuiſum. Neq; enim fas eſt putare Platonem ita diſtribuiſſe.

A Ridiculum namq; foret ens ipſum in vnũ cum non ente cõiungere: velut ſiquis Socratem ipſum & imaginem eius collocet ſub eodem. Iam verò diuidere hac ipſa in re nihil aliud eſt, quá ſegregare, ſeorſumq; diſponere, & quod videatur ens id non ens declarare, interim demonſtrando aliud reuera ens exiſtere. Atqui & ille qui enti ipſum ſemper adiunxit, tale eſſe ens oportere monſtrauit, vt nunquam in ipſa entis natura mentiatur & fallat. de hoc igitur ente B loquentes, de hoc nimirum quaſi nõ ſit vnum tractabimus. Deinde ſi videatur, de generatione inſuper atque genito, mundoq; ſenſibili aliquid afferemus.

γελοῖον γάρ, ὑφ' ἓν θέσθαι τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι. ὥσπερ ἂν εἴ τις Σωκράτη ὑπὸ τὸ αὐτὸ θεῖτο, καὶ τὴν τούτου εἰκόνα. τὸ γὰρ διελέσθαι ἐνταῦθα ἐστὶ, τὰ φορίσαι καὶ χωρὶς θεῖναι. καὶ τὸ δόξαν ὂν εἶναι, εἰπεῖν οὐκ εἶναι ὄν. ὑποδείξαντα αὐτοῖς, ἄλλο τὸ ὡς ἀληθῶς ὂν εἶναι. καὶ προστιθεὶς τῷ ὄντι τὸ ἀεὶ, ὑπέδειξεν ὡς δεῖ τὸ ὂν τοιοῦτον εἶναι, οἷον μηδέποτε ψεύδεσθαι τὴν τοῦ ὄντος φύσιν. περὶ δὴ τούτου, ὡς οὐχ ἑνὸς ὄντος σκεψόμεθα. ὕστερον δὲ εἰ δοκεῖ, καὶ περὶ γενέσεως καὶ τοῦ γινομένου, καὶ κόσμου αἰσθητοῦ τι ἐροῦμεν.

*Ens primum eſt quidem vnum, ſed quodammodo conſtat ex multis, quæ & principia ſunt, & genera. Principia quidem, quoniam ipſa natura entis quaſi conſtat ex ipſis: genera verò, quia quodlibet eorum continet ſub ſe ſpecies gradatim multas & ſingula. Neq; confunduntur hæc in vnũ: ſeruat enim vnumquodq; proprium illic actum. Neq; ens ipſum appellandũ eſt genus, neq; enim diuiditur vt genus in ſpecies, neq; de ſuis prædicatur, vt genus. Ca. II.*

A CVM igitur nõ eſſe vnum dicamus, conſequens eſt, vel numerũ quendam aſſerere, vel infinitum: nempe quónam pacto dicimus non unum, niſi dicamus vnum ſimul & multa, & vnum quiddam varium in vno multa comprehendens? Neceſſarium igitur eſt, hoc ipſum quod ſic eſt vnum, aut genere vnum eſſe, ſpecies autem eius entia, quibus ſanè multa ſit ſimul & vnum: aut genera plura quàm vnum, ſic tamẽ vt ſint cuncta ſub vno: aut genera quidem plura, non tamẽ ſub alio aliud, ſed vnum- B quodq; quæ ſub eo ſunt continere, ſiue & ipſa quoq; ſint genera, quamuis anguſtiora, vel ſpecies ſub eiſq; ſingula, adeò vt in naturá vnam cuncta conducant, atq; ex omnibus ipſa mundi intelligibilis, quod ens appellamus, ſubſtantia conſtet. Quod quidem ſi ita ſe habet, ſequitur hæc non ſolùm eſſe genera, verùm etiam principia ipſius entis exiſtere: genera quidem, quoniam ſub eis alia quædam anguſtiora ſunt genera, ſpeciesq; poſt hæc & ſingula: principia C verò, ſiquidẽ ens ſit ex multis, & ex his totum ipſum exiſtat. Si tamen plura quidem eſſent, ex quibus conſtet, cõcurrentia verò tota conficerent vniuerſum, nec haberent præterea ſub ſeipſis alia, principia quidem forent, genera verò nequaquam: perinde ac ſiquis ex quatuor ſenſibile id componat, ex igne ſcilicet, cæteriſq; eiuſmodi. Hæc enim principia forẽt, genera verò nunquam, niſi quis fortè æquiuoca conditione genus acceperit. Quamobrem cum dica- D mus principia quędam etiam eſſé genera, quærendum eſt, nunquid hæc ipſa ita dicamus genera, vt vnumquodq; eorum vnà cum ijs quæ ſequũtur ipſum accipientes ſimul commiſceamus omnia, totumq; conficiamus, miſtionem cunctorum inuicẽ facientes.' Sed enim potẽtia quadam, non actu ſingula illic erunt, & ipſum vnũquodq; nõ erit purũ. Forſan verò dimittemus quidẽ genera, ſed ſingula cõmiſcebimus. Quænã igitur in ſeipſis genera erũt? An & illa E in ſeipſis erũt, atq; pura? Et quæ miſta ſunt, illa nõ diſperdẽt, & quónã pacto? Sed de his in ſequentibus. Nũc verò poſtquã admiſimus nonnulla & eſſe genera, & inſuper eſſentiæ ipſius principia, & alia quadam ratione principia eſſe, & compoſitiones quaſdam illic exiſtere, primò dicendum eſt erga quæ illa genera nuncupemus, & quo-

ἘΠΕΙ' οὐχ ἓν φαμὲν, ἄρα ἀριθμὸν τινὰ ἢ ἄπειρον. πῶς γὰρ δὴ τὸ οὐχ ἕν. ἢ ἓν ἅμα καὶ πολλὰ λέγομεν. καί τι ποικίλον ἓν, τὰ πολλὰ εἰς ἓν ἔχον. ἀνάγκη τοίνυν τοῦτο τὸ οὕτως ἓν, ἢ τῷ γένει ἓν εἶναι, εἴδη δ' αὐτοῦ τὰ ὄντα, οἷς πολλὰ καὶ ἕν, ἢ πλείω ἑνὸς γένη. ὑφ' ἓν δὲ τὰ πάντα. ἢ πλείω μὲν γένη, μηδὲν δὲ ἄλλο ὑπ' ἄλλο, ἀλλ' ἕκαστον περιεκτικὸν τῶν ὑπ' αὐτό. εἴτε καὶ αὐτῶν γενῶν ἐλαττόνων ὄντων, ἢ εἰδῶν, καὶ ὑπὸ τούτοις ἀτόμων, συντελεῖν ἅπαντα εἰς μίαν φύσιν. καὶ ἐκ πάντων τῷ νοητῷ κόσμῳ, ὃν δὴ λέγομεν τὸ ὂν, τὴν σύστασιν εἶναι. εἰ δὴ τοῦτο, οὐ μόνον γένη ταῦτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀρχὰς τοῦ ὄντος ἅμα ὑπάρχειν. γένη μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτὰ ἄλλα γένη ἐλάττω. καὶ εἴδη μετὰ τοῦτο καὶ ἄτομα: ἀρχὰς δὲ εἰ τὸ ὂν οὕτως ἐκ πολλῶν, καὶ ἐκ τούτων τὸ ὅλον ὑπάρχει. εἰ μέν τοι πλείω μὲν ἦν ἐξ ὧν, συνελθόντα δὲ τὰ ὅλα ἐποίει τὸ πᾶν, ἀλλ' οὐκ ἔχοντα ὑπ' αὐτὰ, ἀρχαὶ μὲν ἂν ἦσαν, γένη δὲ οὐκ ἄν. οἷον, εἴ τις ἐκ τῶν τεσσάρων ἐποίει τὸ αἰσθητὸν, πυρὸς καὶ τῶν τοιούτων, ταῦτα γὰρ ἀρχαὶ ἂν ἦσαν, γένη δὲ οὔ. εἰ μὴ ὁμωνύμως τὸ γένος. λέγοντες τοίνυν καὶ γένη τινὰ εἶναι, τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἀρχὰς, ἄρα τὰ μὲν γένη ἕκαστον μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὰ ὁμοῦ μιγνῦντες ἀλλήλοις τὰ πάντα, τὸ ὅλον ἀποτελοῦμεν, καὶ σύγκρασιν ποιοῦμεν ἁπάντων, ἀλλὰ δυνάμει οὐκ ἐνεργείᾳ ἕκαστα. οὐ δὲ καθαρὸν αὐτὸ ἕκαστον ἔσται. ἀλλὰ τὰ μὲν γένη, ἐάσομεν· τὰ δὲ καθέκαστον μίξομεν. τίνα οὖν ἔσται ἐφ' αὐτῶν τὰ γένη. ἢ ἔσται κἀκεῖνα ἐφ' αὐτῶν καὶ καθαρά. καὶ τὰ μιχθέντα, οὐκ ἀπολεῖ αὐτά. καὶ πῶς, ἢ ταῦτα μὲν εἰσύστερον. νῦν δ' ἐπεὶ συγκεχωρήκαμεν καὶ γένη εἶναι, καὶ προσέτι καὶ τῆς οὐσίας ἀρχὰς, καὶ τρόπον ἕτερον ἀρχὰς καὶ συνθέσεις, πρῶτον λεκτέον, πρὸς ἃ λέγομεν γένη.

καὶ πῶς διΐσταμεν ἀπ' ἀλλήλων αὐτά, καὶ οὐχ ὑφ' ἓν ἄγομεν. ὥσπερ ἐκ τῆς τύχης συνελθόντα; καὶ ἕν τι πεποιηκότα. καίτοι πολλῷ εὐλογώτερον ὑφ' ἕν. ἢ εἰ μὲν εἴδη οἷόν τε ἦν τοῦ ὄντος ἅπαντα εἶναι, καὶ ἐφεξῆς τούτοις τὰ ἄτομα, καὶ μηδὲν τούτων ἔξω, ἦν ἂν ἴσως ποιεῖν οὕτως. ἐπειδὴ δὲ ἡ τοιαύτη θέσις ἀναιρεσίς ἐστιν αὐτοῖς. οὐ δὲ γὰρ τὰ εἴδη, εἴδη ἔσται. οὐδ' ὅλως πολλὰ ὑφ' ἕν, ἀλλὰ πάντα ἕν, μὴ ἑτέρου ἢ ἑτέρων ἔξω ἐκείνου τοῦ ἑνὸς ὄντων. πῶς γὰρ ἂν πολλὰ ἐγίνετο τὸ ἕν, ὥστε καὶ εἴδη γεννῆσαι, εἰ μή τι ἦν παρ' αὐτὸ ἄλλο. οὐ γὰρ ἑαυτὸ πολλά, εἰ μή τις ὡς μέγεθος κερματίσει. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἕτερον τὸ κερματίζον. εἰ δ' αὐτὸ κερματιεῖ, ἢ ὅλως διαιρήσει, πρὸ τοῦ διαιρεθῆναι, ἔσται διῃρημένον. ταύτῃ μὲν οὖν καὶ δι' ἄλλα πολλά, ἀποστατέον τοῦ γένος ἕν. καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἕκαστον ὁποιονοῦν ληφθέν, ἢ ὂν ἢ οὐσίαν λέγειν. εἰ δέ τις λέγοι ὄν, τῷ συμβεβηκέναι φήσει. οἷον, εἰ λευκὸν λέγοι τὴν οὐσίαν, οὐ γὰρ ὅπερ λευκὸν λέγει.

A & quomodo inter ſe partiamur, neque redigamus in vnum quaſi ſorte quadam congredientia vnum aliquid faciant: quamuis multò probabilius redigerentur in vnum. Profectò ſi fieri poſſet, vt omnia entis ipſius ſpecies eſſent, & poſt hæc deinceps ſingula conſequerentur, nihilq; foret extra, ita fortè liceret efficere. Poſtquam verò poſitio talis funditus hæc ipſa tollit, neq; enim ſpecies vlterius erũt ſpecies, neq; prorſus multa congregabuntur in vnum, ſed B omnia penitus vnum erunt, ne aliud ſit extra aliud, vbi illius omnia ſint vnius. Quo enim pacto vnum euaſiſſet multa adeò vt ſpecies generaret, niſi eſſet aliquid aliud præter ipſum? Non enim ipſummet exiſtit multa, niſi quis illud tanquam magnitudinem partiatur: verùm ita quoq; aliud erit, quod ipſum diuidat. Si autem vel à ſe, vel ab alio diuidatur, etiam antequam diuidatur, diuiſum iam erit, vel indiuiſibile. Hac igitur ratione alijsq; de cauſis cauendum eſt, ne genus vnum conſtituamus, præſertim C quia fieri nequit, vt quodcunq; perceperis, vel ens, vel eſſentiam nuncupes. Nam & occurrit paſsim, quod non poſsit ens vel eſſentia niſi per accidens appellari, ceu ſiquis ſubſtantiam appellet albam. Non enim ſic ipſum, quod per ſe album, quódue ſit album, pronunciabit.

*Multa quæ ſunt in primo ente, quoniam ibi non caſu cõcurrunt, neceſſariò ſunt ab vno. Rurſus cum ibi ſint genera rerum prima inter ſe diuerſa, non poſſunt intus reduci ad vnum genus, quod de ipſis more generis prædicetur: ſed ad vnam non tam cauſam quàm naturam, quæ non tam conſtituatur ex illis, quàm conſtet ipſis, ſeq; ipſam in ipſa propaget, totamq; in ſingulis differentibus ſe conſeruet. Hanc verò naturam vnam, quoniam eſt vnum non ſimpliciter, ſed vnum ens, redigimus ad ipſum foras ſimpliciter vnum velut cauſam.* Cap. III.

ΠΛΕΙ'Ω μὲν δὴ λέγομεν εἶναι, καὶ οὐ κατὰ τύχην πλείω. οὐκοῦν ἀφ' ἑνός. ἢ εἰ καὶ ἀφ' ἑνός, οὐ κατηγορουμένου δὲ κατ' αὐτῶν ἐν τῷ εἶναι, οὐδὲν κωλύει ἕκαστον οὐχ ὁμοειδὲς ὂν ἐν ἄλλῳ, χωρὶς αὐτὸ εἶναι γένος. ἆρ' οὖν ἔξωθεν τοῦτο τῶν γινομένων γενῶν, τὸ αἴτιον μέν, μὴ κατηγορούμενον δὲ τῶν ἄλλων ἐν τῷ τί ἐστιν; ἢ τὸ μὲν ἔξω. ἐπέκεινα γὰρ τὸ ἕν, ὡς ἂν μὴ συναριθμούμενον τοῖς γένεσιν, εἰ δι' αὐτὸ τὰ ἄλλα ἃ ἐπίσης ἀλλήλοις εἰς τὸ γένη εἶναι. καὶ πῶς ἐκεῖνο οὐ συνηρίθμηται; ἢ τὰ ὄντα ζητοῦμεν οὐ τὸ ἐπέκεινα. τοῦτο μὲν οὖν, οὕτως. τί δὲ τὸ συναριθμούμενον, ἐφ' οὗ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις; πῶς συναριθμούμενον τοῖς αἰτιατοῖς; ἢ εἰ μὲν ὑφ' ἓν γένος αὐτὰ καὶ τὰ ἄλλα, ἄτοπον. εἰ δὲ οἷς αἴτιον, συναριθμεῖται ὡς αὐτὸ τὸ γένος καὶ τὰ ἄλλα ἐφεξῆς πρὸς αὐτό. καὶ οὐ κατηγορεῖται αὐτῶν ὡς γένος. οὐδ' ἄλλό τι κατ' αὐτῶν, ἀνάγκη καὶ αὐτὰ γένη εἶναι ἔχοντα ὑφ' αὐτά. οὐ δὲ γὰρ εἰ σὺ τὸ βαδίζειν ἐγέννας, ὑπὸ σὲ ὡς γένος τὸ βαδίζειν ἦν ἄν. καὶ εἰ μηδὲν ἦν πρὸ αὐτοῦ ἄλλο ὡς γένος αὐτοῦ. ἦν δὲ τὰ μετ' αὐτό, γένος ἂν ἦν τὸ βαδίζειν ἐν τοῖς οὖσιν.

A PLVRA itaq; dicimus eſſe, neque fortè quadam fortuita plura. nónne igitur ab vno? Profectò & ſi ab vno dependent, non tamen ab aliquo vno quod de illis in ipſo eſſe prædicetur, ideoq; nihil prohibet vnumquodq;, cum non ſit conforme cum alio, ipſum ſeorſum genus exiſtere. Num igitur hoc vnum extra naſcentia genera cauſa quidem exiſtens, non tamen in eo quod quid eſt, de alijs prædicatur? Forſan verò extra quidem eſt. Ipſum namque B vnum deſuper extat vtpote quod cum generibus minimè numeratur: ſiquidem per ipſum alia ſunt, quæ ex æquo inter ſe adhoc ipſum vt ſint genera, connumerantur, atque diſcernuntur. Et quónam pacto illud non eſt vnà cum eis connumeratum? ſed profectò nunc entia quærimus, non quod ſuperius extat. Hoc igitur ita ſe habeat. Quid verò dicemus de illo, quod connumeratur? De quo nimirum aliquis admirabitur, qua cõditione vnà cum ſuis C effectibus numeretur. Sed enim ſi ſuperiora illa ſimul & alia ſub vno quodam genere numerentur, prorſus errabitur: ſin autem ſimul cum his, quorum cauſa eſt, numeretur, tanquam ipſum quidẽ ſit genus, reliqua deinceps inde ſequantur, & quæ ſequuntur ab illo diuerſa ſint, neq; de illis prædicetur vt genus, neque de illis alio quodam pacto dicatur, neceſſarium eſt ipſa quoq; genera eſſe habentia, videlicet, & alia ſub ſeipſis. Neq; enim ſi tu incedendo producis inceſsũ, ob hoc inceſſus ipſe ſub te eſt quaſi ſub genere: ac niſi aliqd foret inceſſu ſuperius, velut genus ipſius inceſſus, eſſent tamẽ nõnulla ſub ipſo, genus vtiq; in ordine rerũ ipſe inceſſus exiſteret.

A Fortaſsis autem neque dicendum eſt omnino vnum, illud eſſe cauſam reliquorũ, ſed reliqua potius eſſe velut partes elementaque illius, & cuncta ſimul vnam eſſe naturam, noſtris cogitationibus diſtributam: illud autem eſſe ob mirabilem poteſtatem in omnia vnum, apparens multa, factũq; multa: velut ſi moueatur, & amplificabilis multiplicabiliſque naturæ facultas efficiat, vt vnum iam non ſit vnum. Nos autem quaſi portiones illius aliquas proferentes, eas ſingulatim velut vnumquodq; ponimus, ge- B nus cognominantes, ignorantes videlicet, non totum ſimul nos cõſpexiſſe: verùm ſecundum partes ſingulatimq; proferẽtes rurſus illa congerimus, videlicet, non potentes illa ſic diutius detinere, tanquam ad ſeipſa interim feſtinãtia. Quapropter rurſus in totum ea dimittimus, & vnum iam fieri, imò verò vnum eſſe permittimus. Sed forſan tunc demum hæc planiora fiẽt, quãdo illa ipſa præcognita fuerint, quotq; genera ſint, acceperimus. Sic enim & quo ſe C modo habeant planius declarabitur. Quoniam verò de rebus eiuſmodi pertractantes oportet non negationes tantùm in medium introducere, verum etiam in ipſam eorum, de quibus agitur, notionem & intelligentiam penetrare: age iam ſic agamus.

A ὅλως δὲ ἴσως, οὐδὲ τὸ ἓν φατέον, αἴτιον τοῖς ἄλλοις εἶναι, ἀλλ' οἷον μέρη αὐτοῦ. καὶ οἷον στοιχεῖα αὐτοῦ. καὶ πάντα μίαν φύσιν μεριζομένην ταῖς ἡμῶν ἐπινοίαις. αὐτὸ δὲ τὸ εἶναι ὑπὸ δυνάμεως θαυμαστῆς ἓν εἰς πάντα, καὶ φαινόμενον πολλὰ, καὶ γινόμενον πολλὰ, οἷον ὅταν κινηθῇ, καὶ τὸ πολύχουν τῆς φύσεως ποιεῖν τὸ ἓν μὴ ἓν εἶναι, ἡμᾶς τε οἷον μοίρας B αὐτοῦ προφέροντας, ταύτας ἓν ἕκαστον τίθεσθαι καὶ γένος λέγειν, ἀγνοοῦντας ὅτι μὴ ὅλον ἅμα εἴδομεν, ἀλλὰ κατὰ μέρος προφέροντες, πάλιν αὐτὰ συνάπτομεν, οὐ δυνάμενοι ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτὰ κατέχειν σπεύδοντα πρὸς αὐτά. διὸ πάλιν μεθίεμεν εἰς τὸ ὅλον, καὶ ἐῶμεν ἓν γενέσθαι. μᾶλλον δὲ, ἓν εἶναι. ἀλλὰ ἴσως σαφέστερα ταῦτα ἔσται, κἀκείνων ἐγνωσμένων, ἢν τὰ γένη λάβωμεν ὁπόσα. C οὕτω γὰρ καὶ τὸ πῶς. ἀλλ' ἐπεὶ δεῖ λέγοντα μὴ ἀποφάσεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔννοιαν καὶ νόησιν ἰέναι τῶν λεγομένων, ὧδε ποιητέον.

*Cum mens & anima ſeparatæ ſint à materia & quãtitate, & iccirco ſimplices indiuiduæq; ſint, difficile inuentu eſt, quomodo ibi vnitas in ſe diſtinctam habeat multitudinem.* *Cap. IIII.*

*Vnio quidem ſiue vnitas in corporibus, poſt ipſam multorum compoſitionem ſequitur, atq; eſt quaſi quidam generationis finis: itaq; meritò dependet ab vnitate quadã, quæ ſit ante multitudinem, ſitq; generationis principium. Talis quidem eſt in anima atq; mente vnitas, cum multitudine non facta ex multis, ſed fons multorum. Hæc deniq; procedit ab vnitate, quæ multitudinem talem in ſe permiſtam nullam habet.*

A SI cognoſcere ſtuderemus, quidnã & quale potiſsimum eſſet ipſa natura corporis in toto hoc rerũ ordine, nonne id primò in quadam partium ſuarum conſideraremus? velut in lapide cogitãtes aliud quidẽ illic eſſe ſubiectum, aliud autem magnitudo, aliud deniq; qualitas, velut color, ſimiliterq; in quouis alio corpore? Atque inde protinus diceremus in ipſa natura corporis, aliud tanquam ſubſtãtiam eſſe, aliud velut quantum, aliud autem quale. Simul quidem omnia, ſed ratione quadam in numerum B ternarium diſtributa, triaq; hæc corpus vnum eſſe cõſtaret. Quòd ſi motus etiam ineſſet ſubſtantiæ inſitus, hunc quoque cum alijs numeraremus: quæ quidem quatuor vnum corpus exiſterent, adeò vt corpus quod eſt vnum, ad ipſum vnum ſuiq; naturam ex cunctis conficiatur, & pendeat. Eadem fermè ratione quoniam de ſubſtantia intelligibili, deque generibus principijſq; ſuis habetur oratio, conſiderare talia decet generationem quæ corporibus C ineſt auferendo, tollendo quinetiam cogitationem quæ ſenſu procedit, ac moles inſuper ſegregando. Sic enim quod ſeorſum dicitur, & quæ inter ſe diſtincta ſint, licebit accipere tanquam ſubſtantiam quandã intelligibilem, atq; ens reuera magiſque vnum. In quo quidem oritur admiratio, quónam pacto quod ſic eſt vnum, eſſe queat vnum ſimul & multa. In corporibus quidem abſque controuerſia conceſſum eſt idem eſſe vnum ſimul & multa. Nam idem quoq; infinitè diuiditur, & aliud ibi color eſt, aliud

A ΕΙ' τὴν σώματος φύσιν ἰδεῖν ἐβουλόμεθα. * οἷόν τι ἐστὶν ἐν τῷδε τῷ ὅλῳ ἡ τοῦ σώματος φύσις. ἆρ' οὐ καταμαθόντες ἐπί τινος τῶν μερῶν αὐτοῦ, ὡς ἔστι τὸ μὲν ὑποκείμενον αὐτοῦ, οἷον ἐπὶ λίθου. τὸ δὲ ὁπόσον αὐτοῦ, τὸ μέγεθος. τὸ δὲ ὁποῖον οἷον τὸ χρῶμα, καὶ ἐπὶ παντὸς ἄλλου σώματος εἴποιμεν ἄν, ὡς ἐν τῇ σώματος φύσει· τὸ μὲν ἔστιν οἷον, οὐσία, τὸ B δὲ ἔστι ποσὸν, τὸ δὲ ποιὸν, ὁμοῦ μὲν πάντα, τῷ δὲ λόγῳ διαιρεθέντα εἰς τρία; καὶ σῶμα ἂν ἦν ἓν τὰ τρία. εἰ δὲ καὶ κίνησις αὐτοῦ παρῆν σύμφυτος τῇ στάσει, καὶ τοῦτο ἂν συνηριθμήσαμεν. καὶ τὰ τέτταρα ἦν ἂν ἕν. καὶ τὸ σῶμα τὸ ἓν, ἀπήρτιστο πρὸς τὸ ἕν. καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν τοῖς ἅπασι. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, ἐπειδὴ περὶ οὐσίας νοητῆς καὶ τῶν ἐκεῖ γενῶν καὶ ἀρχῶν ὁ λόγος ἐστὶν, ἀφελόντας χρὴ τὴν ἐν τοῖς σώμα- C σι γένεσιν, καὶ τὴν δι' αἰσθήσεως κατανόησιν, καὶ τὰ μεγέθη. οὕτω γὰρ καὶ τὸ χωρὶς, καὶ τὸ διεστηκότα ἀπ' ἀλλήλων εἶναι, λαβεῖν τινὰ νοητὴν ὑπόστασιν. καὶ ὡς ἀληθῶς ὄν. καὶ μᾶλλον ἕν. ἐν ᾧ καὶ τὸ θαῦμα πῶς πολλὰ καὶ ἕν, τὸ οὕτως ἕν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων, συγκεχώρηται τὸ αὐτὸ ἓν καὶ πολλὰ εἶναι. καὶ γὰρ εἰς ἄπειρον τὸ αὐτό: καὶ ἕτερον τὸ χρῶμα,

* οἷον, τί ἐστιν,

A καὶ τὸ σχῆμα ἕτερον. καὶ γὰρ χωρίζεται. εἰ δέ τις λάβοι ψυχὴν μίαν, ἀδιάστατον, ἀμεγέθη, ἁπλούστατον ὡς δόξει, τῇ πρώτῃ τῆς διανοίας ἐπιβολῇ, πῶς ἄν τις ἐλπίσειεν πολλὰ εὑρήσειν πάλιν αὖ. καί τοι νομίσας εἰς τοῦτο τελευτᾶν, ὅτε διῃρεῖτο τὸ ζῶον εἰς σῶμα καὶ ψυχήν. καὶ σῶμα μὲν πολυειδὲς, καὶ σύνθετον, καὶ ποικίλον. τὴν δὲ ψυχὴν ἐθάρρει ὡς ἁπλοῦν εὑρὼν, καὶ ἀναπαύσασθαι τῆς πο-B ρείας, ἐλθὼν ἐπ' ἀρχήν. ταύτην τοίνυν τὴν ψυχὴν, ἐπειδήπερ ἐκ τοῦ νοητοῦ τόπου προεχειρίσθη ἡμῖν, ὡς ἐκεῖ τὸ σῶμα ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ, λάβωμεν πῶς τὸ ἓν τοῦτο πολλά ἐστι. καὶ πῶς τὰ πολλὰ ἕν ἐστιν. οὐ σύνθετον ἓν ἐκ πολλῶν, ἀλλὰ μία φύσις, πολλά. διὰ γὰρ τούτου ληφθέντος, καὶ φανεροῦ γινομένου, καὶ τὴν περὶ τῶν γενῶν τὴν ἐν τῷ ὄντι ἔφαμεν ἀλήθειαν, φανερὰν ἔσεσθαι. C

A aliud verò figura: nam ibi hæc ſeparantur. Siquis autem animam acceperit vnam indiſtantem à magnitudine ſegregatam, item ſimpliciſsimam, quantũ apparebit primo cogitationis intuitu, quónam pacto ſperabit aliquis animam ipſam iterum ſe tanquã multiplicem inuenturum? præſertim cũ exiſtimauerit ad hoc ipſum ſe velut ſimpliciſsimum deniq; peruenturum, quando animal in corpus diuideretur & animam, & corpus quidem facilè conſtaret B multiforme & compoſitum variumq; exiſtere? Sed animam interea quiuis ſperabat ſimpliciſsimam inuenire, atq; ibi deniq; conquieſcere, quaſi ad quendam proceſsionis terminum iam peruenerit. Cum igitur hanc ipſam animam tanquã aliquid ex intelligibili mundo depromptum in medium produxerimus, ſicut & corpus ante ex mundo ſenſibili introduxeramus in medium, age conſideremus iam quónam pacto id vnum ſit multa, & quomodo C multa vnum. Nõ vnum inquam velut ex multis compoſitum, ſed velut natura quædam vna, quæ ipſamet ſit & multa. Diximus enim ſi hoc ipſum perceptum fuerit ac planè perſpectum, claram forè nobis inſuper veritatem generum in ipſo ente regnantium.

*Cum multitudo & diuerſitas in corpore animato ſit quamplurima, atq; hæc proximè fiat ab anima genitali: meritò anima, & ſi magis eſt vnum atq; ens, quàm corpus, non tamen eſt vnum multitudinis expers. Eſt igitur genitalis anima vna quædam natura, rationumq; ſeminalium plenitudo, quæ rationes ita ſunt actus eius eſſentiales, ſicut radij lucis intimi. Eſt etiam in ipſa animæ eſſentia multitudo. non enim habet ipſum eſſe ſimpliciter, ſed vnà cum animali quadam proprietate rurſus eſſentiali. Cap. V.*

A ΠΡΩ͂ΤΟΝ δὲ, οὕτω ἐνθυμητέον, ὡς ἐπειδὴ τὰ σώματα, οἷον, τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν, ἕκαστον αὐτῶν πολλά ἐστι. καὶ χρώμασι. καὶ σχήμασι. καὶ μεγέθεσι. καὶ εἴδεσι μερῶν, καὶ ἄλλο ἄλλοθι. ἔρχεται δὲ τὰ πάντα ἐξ ἑνὸς, ἢ ἐξ ἑνὸς πάντη παντὸς ἑνὸς, ἢ μᾶλλον μὲν ἑνὸς. ἢ οἷον τὸ ἐξ αὐτοῦ, ὥστε καὶ μᾶλλον ὄντος, ἢ τὸ γινόμενον. ὅσῳ γὰρ πρὸς ἓν ἡ ἀπόστασις, τόσῳ καὶ πρὸς ὄν. ἐπεὶ οὖν ἐξ ἑνὸς μὲν, οὐχ' οὕτω δὲ B ἑνὸς ὡς πάντη ἓν ἢ αὐτὸ ἕν, οὐ γὰρ ἂν διεστηκὸς * ἂν πλῆθος ἐποίει. λείπεται εἶναι ἐκ πλήθους ἑνός. τὸ δὲ ποιοῦν, ἦν ψυχή. τοῦτο ἄρα, πλῆθος ἕν. τί οὖν τὸ πλῆθος οἱ λόγοι τῶν γινομένων; ἆρ' οὖν αὐτὸ μὲν ἄλλο, οἱ λόγοι δὲ ἄλλοι, ἢ καὶ αὐτὴ λόγος καὶ κεφάλαιον τῶν λόγων, καὶ ἐνέργεια αὐτῆς κατ' οὐσίαν ἐνεργούσης οἱ λόγοι. ἡ δὲ οὐσία δύναμις τῶν λόγων. πολλὰ C μὲν δὴ οὕτω, τοῦτο τὸ ἓν, ἐξ ὧν εἰς ἄλλα ποιεῖ δεδειγμένον. τί δ' εἰ μὴ ποιεῖ. ἀλλά τις αὐτὴν μὴ ποιοῦσαν λαμβάνει. ἀναβαίνων αὐτῆς εἰς τὸ μὴ ποιοῦν, οὐ πολλὰς καὶ ἐνταῦθα εὑρήσει δυνάμεις. εἶναι μὲν γὰρ αὐτὴν, πᾶς ἄν τις συγχωρήσειεν. ἆρα δὲ ταὐτὸν ὡς εἰ καὶ λίθον ἔλεγεν εἶναι, ἢ οὐ ταὐτόν.

* ἓν

A IN primis verò cõſiderandum eſt, cum corpora præſertim animalium & plantarum ita ſe habeant, vt vnumquodque eorum multa ſit, tum coloribus, tum figuris, tum quantitatis diuerſitate, tum partium ſpeciebus, tum quoniam alibi aliud eſt, ab vno hæc omnia prouenire, ſiue ab eo quod omnino ſit vnum, ſiue habitudine quidã omnino vniuerſi vnius, ſiue ab aliquo quod magis vnum ſit, quàm quod B procedit ab eo, adeò vt ens quoque magis exiſtat, quàm quod inde procedit. quo enim longius ab vno diſceditur, eò longius & ab ente. Quoniam igitur ab vnò quidem fit corporum conſtitutio, non tamen ab eo proximè quod omnino vnum ſit, vel ipſum vnum, alioquin non adeò diſtantem faceret multitudinem, reliquum eſt, vt hæc ipſa corporum compoſitio à multitudine quadam vna conficiatur. Quod autem corpora facit, eſt anima: hæc igitur vna C quædam eſt multitudo. Verùm quidnam potiſsimum eſt in anima multitudo? Profectò eorum quæ inde fiũt ſeminariæ rationes. Num igitur aliud quidem eſt ipſa anima, aliæ verò ſunt rationes? Imò verò & anima ipſa ratio eſt, caputq; rationum: actuſque ipſius ſecundum eſſentiam agentis, ipſæ ſunt rationes: Eſſentia verò eſt vis ipſa ſeminalium rationum. Quamobrem vnum hoc ita multa eſt, & ſic ſe habere per ea compertum, ex quibus agit in alia. Quid verò, ſi nihil efficiat, ſed eam quiſpiam accipiat nihil prorſus efficientem, progreſſus videlicet in id ipſum, quod in anima nihil facit? Sed nónne hîc quoque vires multas inueniet? Eſſe namque ipſam facilè quiuis admiſerit: num igitur ita prorſus eſſe hanc affirmabit, ac ſi lapidem eſſe dixiſſet?

A Certè non ita. Iam verò & circa ipſum lapidem eſſe quidem lapidis non eſt eſſe ſimpliciter, ſed potius eſſe lapidem. Ita & hîc eſſe animæ vnà cum eſſe habet & eſſe animam. Sed nunquid aliud quidē eſt eſſe, aliud verò reliquum quod animæ ipſius complet eſſentiam? & hoc quidem eſt ens, differētia verò animam efficit. Forſan verò anima eſt quidem ens aliquod, nō tamen ita ſicut homo albus, ſed ita ſicut homo ipſe eſſentia ſua tantū. Hoc autē idem eſt, ac ſi B dicatur non extra eſſentiā habere quod habet.

A ἀλλ' ὅμως κἀκεῖ ἐπὶ τοῦ λίθου τὸ εἶναι τῷ λίθῳ ἦν. οὐ τῷ εἶναι, ἀλλὰ τῷ λίθῳ εἶναι. οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ εἶναι ψυχὴ, μετὰ τοῦ εἶναι ἔχει τὸ ψυχὴ εἶναι. ἆρ' οὖν ἄλλο εἶναι, ἄλλο δὲ τὸ λοιπὸν ὃ συμπληροῖ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν; καὶ τὸ μὲν ὂν, διαφορὰ δὲ ποιεῖ τὴν ψυχήν; ἢ τὶ ὂν μὲν ἡ ψυχὴ, οὐ μέν τοι οὕτως ὡς ἄνθρωπος λευκὸς, ἀλλ' ὅς τις οὐσία μόνον. τοῦτο δὲ τ' B αὐτὸν, τῷ μὴ ἔξωθεν τῆς οὐσίας ἔχειν ὃ ἔχει.

*Eſſentia & vita in anima re quidem ipſa ſunt vnum, ſed differunt ratione: nam anima per eſſentiam cum multis conuenit, à quibus per vitam differt. Vita illic ſcilicet animalis non accedit extrinſecus ad eſſentiam, ſed emicat ab eſſentia: igitur & in ipſa eſſentiæ virtute latens vita viget, & in ipſo vitæ actu manifeſtior explicatur eſſentia.* *Cap. VI.*

A SED nunquid extra quidē eſſentiam ſuam non habet illud, ita vt partim quidem ſecundum eſſe ſit, partim verò ſecundum eſſe tale? Verùm ſi ſecundum tale eſſe, & hoc ipſum tale prouenit ab extrinſeco, certè non totum qua ratione eſt anima, erit eſſentia: imò ſecundum aliquid, ideoq; pars eius erit eſſentia, ſed non eſſentia totum. Præterea ipſius eſſe quidnam abſq; alijs erit? an lapis? An potius oportet hoc eſſe eius in ipſo eſſe, velut fontē principiumq; B exiſtere? imò verò exiſtere omnia quotcunq; exiſtit ipſa, ideoque & vitam exiſtere, & ambo ſimul vnum ſcilicet eſſe atq; vitam. Num igitur ſic eſt vnum, vt ratio quædam vna? Profectò vnum eſt ſubiectum, & ita vnum, vt duo rurſus, aut etiam plura, quotcunq; ipſa in primis eſt anima. Aut igitur eſſentia eſt & vita, aut habet vitam. Verùm ſi vitam habeat, ſequitur vt id quod eam habet, non ſit ſecundum ſe in vita, ac viciſsim vt vita non ſit in eſſentia. At ſi C alterum non habet alterum, dicendum eſt ambo vnum eſſe, aut vnum atq; multa, & totidem quot in vno intus apparent. Atqui & ſibimet vnum, & multa rurſus ad alia: tum verò vnum quidem in ſe exiſtere, interea tamen velut ſuo quodam motu, multa ſe reddere, atqui totum eſſe vnum, ſed tanquam ſtudens intueri ſeipſum, effici multa, non ſecus atq; ipſum ens videatur non ſuſtinere ſe vnicum permanere, vtpote quòd omnia poſsit, quotcunq; eſt & ipſum. Iam verò contemplatio ipſa cauſa eſt, vt ipſum multa iam appareat, vt intelligat. Si enim vnum apparuerit: nondum videtur intellexiſſe, ſed adhuc illud ipſum exiſtere.

A ΑΛΛ' * ἆρα οὐκ ἔξωθεν μὲν ἔχει τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἵνα ἡ μὲν κατὰ τὸ εἶναι ἦ, ἡ δὲ κατὰ τὸ τοιόνδε εἶναι. ἀλλ' εἰ κατὰ τὸ τοιόνδε εἶναι, καὶ ἔξωθεν τὸ τοιόνδε, οὐ τὸ ὅλον καθὸ ψυχὴ ἔσται οὐσία, ἀλλὰ κατά τι καὶ μέρος αὐτῆς οὐσία, ἀλλ' οὐ τὸ ὅλον οὐσία. ἔπειτα τὸ εἶναι αὐτῇ τὶ, ἔσται ἄνευ τῶν ἄλλων, ἢ λίθος. ἢ δεῖ τοῦτο εἶναι αὐτῆς ἐν τῷ εἶναι, οἷον πηγὴν καὶ ἀρχήν. μᾶλ- B λον δὲ πάντα, ὅσα αὐτή. καὶ ζωὴν τοίνυν. καὶ συνάμφω ἓν, τὸ εἶναι καὶ τὴν ζωήν. ἆρ' οὖν οὕτως ἓν ὡς ἕνα λόγον, ἢ τὸ ὑποκείμενον ἕν; οὕτω δὲ ἓν, ὡς αὖ δύο ἢ καὶ πλείω, ὅσα ἐστὶν ἡ ψυχὴ τὰ πρῶτα. ἢ οὖν οὐσία καὶ ζωὴ, ἢ ἔχει ζωήν. ἀλλ' εἰ ἔχει, τὸ ἔχον καθ' αὑτὸ οὐκ ἐν ζωῇ. ἤτε ζωὴ, οὐκ ἐν οὐσίᾳ. ἀλλ' εἰ μὴ ἔχει θάτερον τὸ ἕτερον, λεκτέον ἓν ἄμφω. ἢ ἓν καὶ πολλά. καὶ τοσαῦτα, ὅσα ἐμφαίνεται ἐν τῷ ἑνί. C καὶ ἓν ἑαυτῷ. πρὸς δὲ τὰ ἄλλα πολλά. καὶ ἓν μὲν ὂν, ποιοῦν δὲ ἑαυτὸ ἐν τῇ οἷον κινήσει πολλά. καὶ ὅλον ἕν. οἷον δὲ θεωρεῖν ἐπιχειροῦν ἑαυτὸ, πολλά. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἀνέχεται ἑαυτοῦ τὸ ὂν ἓν εἶναι, πάντα δυνάμενον ὅσα ἐστίν. ἡ δὲ θεωρία, αἰτία τοῦ φανῆναι αὐτὸ πολλὰ, ἵνα νοήσῃ. ἐὰν γὰρ ἓν φανῇ, οὐκ ἐνόησεν, ἀλλ' ἔστιν ἤδη ἐκεῖνο.

* ἄρα

*In primo intellectu eſt ens, motus, ſtatus, tanquam tria rerum genera: Illic ipſa natura vnum, ratione verò formali inter ſe differentia.* *Cap. VII.*

*Sicut maxima diuerſitas membrorum in animali declarat eſſe aliquam differentiam rationum ſeminalium in ſemine, ſic in exemplari mundi differre quodammodo inter ſe ens & vitam, id eſt motionem, atque ſtatum, argumento nobis eſt quod in mundo corporeo hæc tria maximè ſeparata ſunt. Eſt autem ibi vita motio quædam eſſentialis intima, perpetua ipſius entis, entis actus, ens prorſus adultum. Atqui ipſum ens eſſentialiter vita eſt, vitaq; viciſsim vitaliter eſt ens. Deniq; cum ſtatus motui opponatur, conijcimus illic neq; ſtatum eſſe motum, nec alterutrum eſſe idem penitus cum ente.*

A QVÆNAM igitur ſunt & quot quę intus inſpiciūtur? Profectò cum in anima eſſentiam inuenerimus ſimul ac vitam, atq; ipſa eſſentia in omni anima ſit cōmunis, communis etiam ſit & vita, vita autē rurſus in mēte, nimirum introducentes mentē inſuper eiusq; vitā, ponemus vnum quoddā genus, ipſum ſcilicet

A ΤΙΝΑ οὖν ἐστι, καὶ πόσα τὰ ἐνορώμενα. ἐπειδὴ ἐν ψυχῇ εὕρομεν οὐσίαν ἅμα καὶ ζωήν: καὶ τοῦτο κοινὸν ἡ οὐσία, ἐπὶ πάσης ψυχῆς: κοινὸν δὲ, καὶ ἡ ζωὴ, ζωὴ δὲ καὶ ἐν νῷ. ἐπεισαγαγόντες καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν τούτου ζωήν, κοινὸν τὸ ἐπὶ πάσῃ ζωῇ, τὴν κίνησιν ἕν τι γένος θησόμεθα.

οὐσίαν

οὐσίαν δὲ καὶ κίνησιν, τὴν πρώτην ζωὴν οὖσαν, δύο γένη θησόμεθα. καὶ γὰρ εἰ ἓν χωρίζει αὐτὰ τῇ νοήσει, τὸ ἓν οὐχ᾽ ἓν εὑρών. ἢ οὐκ ἂν δυνηθῇ χωρίσαι. ὅρα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις σαφῶς τοῦ εἶναι τὴν κίνησιν, ἢ τὴν ζωὴν χωριζομένην. εἰ καὶ μὴ ἐν τῷ ἀληθινῷ εἶναι, ἀλλὰ τῇ σκιᾷ καὶ τῷ ὁμωνύμῳ τοῦ εἶναι. ὡς γὰρ ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ ἐλλείπει, καὶ μάλιστα τὸ κύριον ἡ ζωή, οὕτω καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ εἶναι, σκιὰ τοῦ εἶναι, ἀφῃρημένον τοῦ μάλιστα εἶναι· ὃ ἐν τῷ ἀρχετύπῳ ἦν ζωή. ἀλλ᾽ οὖν ἔχομεν ἐντεῦθεν χωρίσαι τοῦ ζῆν τὸ εἶναι, καὶ τοῦ εἶναι τὸ ζῆν. ὄντως μὲν δὴ εἴδη πολλά. καὶ γένος. κίνησις δὲ οὔτε ὑπὸ τὸ ὂν τακτέα, οὔτ᾽ ἐπὶ τῷ ὄντι. ἀλλὰ μετὰ τοῦ ὄντος. εὑρεθεῖσα ἐν αὐτῷ, οὐχ᾽ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ. ἐνέργεια γὰρ αὐτοῦ, καὶ οὐδέτερον ἄνευ τοῦ ἑτέρου ἢ ἐπίνοια. καὶ αἱ δύο φύσεις, μία. καὶ γὰρ ἐνεργείᾳ τὸ ὄν, οὐ δυνάμει. καὶ εἰ χωρὶς μέντοι ἑκάτερον λάβοις, καὶ ἐν τῷ ὄντι κίνησις φανήσεται. καὶ ἐν τῇ κινήσει τὸ ὄν. οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ὄντος, ἑκάτερον χωρὶς εἶχε θάτερον. ἀλλ᾽ ὅμως ἡ διάνοια δύο φησί. καὶ εἶδος ἑκάτερον διπλοῦν ἕν. κινήσεως δὲ περὶ τὸ ὂν φανείσης, οὐκ ἐξιστάσης τὴν ἐκείνου φύσιν, μᾶλλον δ᾽ ἐν τῷ εἶναι, οἷον τέλειόν ποιούσης. ἀεί τε τῆς τοιαύτης φύσεως ἐν τῷ οὕτω κινεῖσθαι μενούσης, εἴ τις μὴ στάσιν ἐπεισάγοι, ἀτοπώτερος ἂν εἴη, τοῦ μὴ κίνησιν δόντος. προχειροτέρα γὰρ ἡ τῆς στάσεως περὶ τὸ ὂν ἔννοια καὶ νόησις, τῆς περὶ τὴν κίνησιν οὔσης. τὸ γὰρ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως, καὶ ἕνα λόγον ἔχον, ἐκεῖ. ἔστω δὴ καὶ στάσις ἓν γένος, ἕτερον ὂν κινήσεως, ὅπου καὶ ἐναντίον ἂν φανείη. τοῦ δὲ ὄντος ὡς ἕτερον, πολλαχῇ δῆλον ἂν εἴη. καὶ διότι εἰ τῷ ὄντι ταὐτὸν εἴη, οὐ μᾶλλον τῆς κινήσεως ταὐτὸν τῷ ὄντι. διατί γὰρ ἡ μὲν στάσις τῷ ὄντι ταὐτόν, ἡ δὲ κίνησις οὔ. ζωή τις αὐτοῦ καὶ ἐνέργεια. καὶ τῆς οὐσίας, καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐχωρίζομεν τὴν κίνησιν αὐτοῦ, ὡς ταὐτόν τε καὶ οὐ ταὐτὸν αὐτῷ, καὶ ὡς δύο ἄμφω ἐλέγομεν καὶ αὖ ἕν, τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὴν στάσιν χωριοῦμεν αὐτοῦ, καὶ αὖ οὐ χωριοῦμεν. τοσοῦτον χωρίζοντες τῷ νῷ, ὅσον ἄλλο γένος θέσθαι ἐν τοῖς οὖσιν. ἢ εἰ συνάγοιμεν πάντη εἰς ἓν τὴν στάσιν καὶ τὸ ὄν, μηδὲν μηδαμῇ διαφέρειν λέγοντες, τό, τε ὂν τῇ κινήσει, ὡσαύτως τὴν στάσιν, καὶ τὴν κίνησιν, διὰ μέσου τοῦ ὄντος εἰς ταὐτὸν συνάξομεν. καὶ ἔσται ἡμῖν ἡ κίνησις καὶ ἡ στάσις ἕν.

A motum in omni vita communem: atqui eſſentiam ac motum primum, qui & vita prima eſt, tanquam genera duo conſtituemus. Etenim ſi vnum ſint, ſeparare tamē ea licebit intelligentia, quod vnum eſt inueniendo nō vnum, alioquin neq; ſeparare licebit. Aſpice & in alijs manifeſtius motionem, aut vitam ab ipſo eſſe ſecretam: ac ſi minus in ipſo vero eſſe, ſaltem in vmbra ipſius eſſe, atq; in eo quod eſſe æquiuocè dicitur. Sicut enim in hominis imagine mul-
B ta deſunt, præſertim quod eſt potiſsimum, id eſt vita: ſic & in rebus quæ ſentiuntur, eſſe ipſius eſſe eſt vmbra: vtpote quòd eo careat, quod eſt in eſſe potiſsimum, quod quidē eſt in principali rerum forma exemplarique vita. Nonne igitur hinc compertum habemus, quemadmodum ſeparare liceat eſſe ab eo quod eſt viuere, viciſsimq; quod viuere eſt ab ipſo eſſe ſimiliter? Entis ipſius quidem multæ ſunt ſpecies: eſt & genus: motus autem neq; ſub ente neque
C in ente, ſed vnà cū ente ponendus: quippe cum in eo compertus ſit, nec tanquam in ſubiecto iacere: eſt enim actus ipſius, neque alterum eſt abſq; altero, niſi fortè cogitatione quadam. Atqui duæ naturæ ſunt hìc vna: etenim ens ipſum nō in potētia eſt, ſed in actu. Ac ſi vtrunq; ſeorſum acceperis, adhuc & in ente motus, & in motu ens ineſſe videbitur: velut & in vno ente, vtrunq; ſeorſum acceptum poſsidet alterum: veruntamen cogitatio duo quædam eſſe dictat, & vtrunque velut ſpeciem eſſe vnumq;
D duplex. Cum verò motus circa ens appareat, neque illius naturam diſtrahat: imò verò ex eo potius quòd illud ſit perfectum, ibi adſit, ſemperq; natura talis in hoc ipſo motionis eiuſmodi ordine perſeueret, certè ſiquis huc ſtatū non introducat, abſurdior erit illo, qui motum minimè adhibuerit. Notio enim intelligētiaq; ſtatus ipſius enti magis accommodata videtur, quā notio motionis. Ibi namq; viget quod dici ſolet, ſecundum eadem eodemq; modo &
E vnà ratione ſe ſemper habere. Eſto iam & ſtatus genus vnum quodammodo à motione diuerſum: quandoquidem contrarium quoq; videri poteſt. Quòd verò ab ente quoque diuerſum ſit, ex multis quidem patere poteſt: ac præſertim quòd ſi vnà cum ente ſit idem, non magis quàm motus, cū ente poterit eſſe idem. Cur enim ſtatus quidem ſit idem enti, motus verò nequaquam? quippe cum motio vita quædam ſit ipſius, actusq; & eſſentiæ & ipſius eſſe. Sed
F profectò quemadmodum ab eo motum ſeparabamus, tanquam idē cum ipſo, rurſusq; non idem, & velut duo dicebamus ambo, rurſusq; vt vnum, eadem conditione ſtatum quoq; ſegregare licet ab eo, rurſumq; minimè ſegregare: eatenus videlicet intelligentia ſecernendo, quatenus velut genus aliud in rerū ordine diſponatur: alioquin ſi ſtatum atq; ens in vnum prorſus copularemus, nullo prorſus modo differre dicentes: ſimiliterq; ens vnà cum motu in vnum penitus conflaremus, eadem nimirum ratione ſtatum atq; motum per ipſum ens velut medium omnino in idem coniungeremus: ex quo contingeret, vt motus & ſtatus vnum penitus eſſent.

*Formæ à materia ſeparatæ vel intellectus ſunt, vel in intellectu, & ibi quidem non ſecundū accidens, ſed ſecundum eſſentiam intellectualem pariter atq; intelligibilem.* *Cap. VIII.*

*Sic intellectus primus quinq; in ſe concipit rerū genera, ſcilicet ens, motum, ſtatum, idem, alterum. In hoc intel-*

*lectu eſſentia eius atq; intelligentia quodammodo differunt: alioquin in ordine rerum inde naſcentium, quatenus procedit eſſentia, eatenus intelligentia quoq; procederet. Illic igitur actus intelligendi tanquam motus quidam intimus innititur eſſentiæ ſiue enti velut cardini: innititur inquam, duobus modis: nam & inde proſilit, & illuc aſſiduè reſilit. Ens ibi eſſentialiter eſt intelligentia, & viciſſim intelligẽtia intellectualiter ens exiſtit. Præterea intelligentia & à ſtatu quodam exorditur, id eſt firmo vigore mentis, & tendit in ſtatum, id eſt ideam intelligentiæ terminum. Proinde præter ens, motũ, ſtatum, illic eſt & alteritas, quatenus hæc ibi inter ſe ratione aliqua diſtinguuntur, & rurſus identitas, quatenus in eadem natura ſunt omnia. Tum verò quatuor illic ſequentia non appellantur entis ſpecies, ſed actus quidam entis ipſius comites. Deniq; quinq; illa ibi dicuntur genera entium, quoniam & quæcunq; ſunt ad illorum aliquod rediguntur, & illa ſimul cuncta in re qualibet includuntur, hac tamen ex parte principia rerum etiam appellari poſſunt.*

CÆTERVM oportet tria hæc ponere, ſiquidem intellectus vnumquodq; eorum ſeorſum intelligit: ſimul autem intelligit atq; ponit, ſi modò fuerint intellecta. Quorũ enim eſſe vnà cum materia eſt, horum eſſe non eſt in intellectu eſſe, alioquin forent à materia ſegregata: quæ verò ſeiuncta ſunt à materia, ſi intellecta ſint, id ipſum eis eſt ipſum eſſe. Age itaq; contemplare intellectum purum, in eumq; penitus inſpice, nõ externum, ſed intimum prorſus affigens intuitum. Ecce iam intueris illic eſſentiam tanquam Veſtale numen, atque fundamẽtum, cernis & ibi peruigil & inextinguibile lumen: animaduertis inſuper, qua ratione intellectus & in ſeipſo quieſcit, & quæ ſunt ſimul ritè diſcernit, atq; diſtinguit: ſpecularis vitam præterea permanentem: cognoſcis intelligentiam non agentem circa futurum, ſed in præſens ſe potius intendentem, imò verò habentem, ſemperq; iam poſsidentem. Ibi certè præſens ipſum eſt & ſemper: ibi & intelligens non externum quicquam proſpicit, ſed inſpicit penes ſe ipſum. Qua igitur ratione intelligit, actus ibi eſt atq; motus: qua verò ſeipſum animaduertit, eſſentia & ens ibi viget: exiſtens enim intelligit, ac ſe intelligit exiſtentem: atq; id ipſum quo vel in quod nititur ens exiſtit. Actus ſanè in ipſum directus non eſt eſſentia: id autem in quod annititur, & à quo dependet, ens iudicatur: neq; ipſa perſpectio, ſed perſpectum potius ens eſt dicendum. Habet hæc inſuper eſſe, quoniã & à quo pendet, & in quod tendit eſt ens. Cũ verò non in potentia ſit duntaxat, ſed exiſtat in actu, duo illa rurſus coniungit in vnum, neq; diſiungit, ſed facit & ſeipſum illud, & viciſsim illud quoque ſeipſum. Iam verò ens ipſum omnium eſt firmiſsimum, in quo & reliqua cuncta fundantur, atq; quod habet, non peregrinum, ſed ex ſeipſo poſsidet in ſeipſo. Eſt etiam in quod intelligentia deſinit, non exordiens ſtatus, & à quo erumpit, nõ erumpens ſtatus. nõ enim ex motu, nec in motum motus. Præterea idea quidem conſiſtit in ſtatu, cum ſit terminus intellectus: intellectus autem ipſius eſt motus: quapropter vnum omnia eſſe videntur, & motus, & ſtatus, & quę per tota communiter exiſtũt, genera ſunt. Vnumquodq; verò ſequẽtium ens aliquod eſt, & quidam ſtatus, & motus quidam. Hæc vtique tria contemplatus aliquis, dum videlicet entis naturam inſpicit, eoque quod penes ſeipſum eſt ente, ens intuetur, & alijs ſimiliter cernit alia, velut motum in illo, motu quodam ſuo, ſtatumque ſtatu, hæc illis accommodans, ac velut vnà confuſis hæc ipſa commiſcens, neque diſiungens, ſed poſt aliquantam diſtinctionem ſiſtens illico gradum, vnde ritè diſcernit intuitus ens, ſtatum, motum, tria hæc, & quodlibet vnum:

A Ἀλλὰ χρὴ τρία ταῦτα τίθεσθαι, εἴπερ
ὁ νοῦς χωρὶς ἕκαστον νοεῖ. ἅμα δὲ νοεῖ καὶ τί-
θησιν. εἴπερ νενόηται. οἷς μὲν γὰρ τὸ εἶναι μετὰ
ὕλης ἐστὶ, τούτων οὐκ ἐν τῷ νῷ τὸ εἶναι. ἀλλ'
ἔστιν ἄϋλα. ἃ δέ ἐστιν ἄϋλα εἰ νενόηται, τοῦτ'
ἔστιν αὐτοῖς τὸ εἶναι. ἴδε δὲ νοῦν καὶ καθαρὸν.
καὶ βλέψον εἰς αὐτὸν ἀτενίσας, μὴ ὄμμασι
τούτοις δεδορκώς. ὁρᾷς δὴ οὐσίας ἑστίαν. καὶ
B φῶς ἐν αὐτῷ, ἄϋπνον. καὶ ὡς ἕστηκεν ἐν αὐτῷ.
καὶ ὡς διέστηκεν ὁμοῦ ὄντα. καὶ ζωὴν μένουσαν. καὶ
νόησιν οὐκ ἐνεργοῦσαν εἰς τὸ μέλλον. ἀλλ' εἰς
τὸ ἤδη. μᾶλλον δὲ ἤδη. καὶ ἀεὶ ἤδη. καὶ τὸ πα-
ρὸν ἀεί. καὶ ὡς νοῶν ἐν ἑαυτῷ. καὶ οὐκ ἔξω. ἐν μὲν
οὖν τῷ νοεῖν, ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ κίνησις· ἐν δὲ τῷ
ἑαυτὸν, ἡ οὐσία καὶ τὸ ὄν. ὢν γὰρ νοεῖ. καὶ ὄντα ἑαυ-
τὸν. καὶ εἰς ὃ οἷον ἐπερείδετο ὄν. ἡ μὲν γὰρ ἐνέρ-
C γεια ἡ εἰς αὐτὸν, οὐκ οὐσία. εἰς ὃ δὲ καὶ ἀφ' οὗ τὸ
ὂν. τὸ γὰρ βλεπόμενον, τὸ ὂν, οὐχ ἡ βλέψις.
ἔχει δὲ καὶ αὕτη τὸ εἶναι, ὅτι ἀφ' οὗ καὶ εἰς ὃ ὄν.
ἐνεργείᾳ δὲ ὂν οὐ δυνάμει, συνάπτει πάλιν
αὖ τὰ δύο, καὶ οὐ χωρίζει, ἀλλὰ ποιεῖ ἑαυτὸν
ἐκεῖνο, κἀκεῖνο ἑαυτόν. ὂν δὲ, τὸ πάντων
ἑδραιότατον. καὶ περὶ ὃ τὰ ἄλλα, τὴν στάσιν ὑπε-
στήσατο. καὶ ἔχει οὐκ ἐπακτὸν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ καὶ
ἐν αὐτῷ. ἔστι δὲ καὶ εἰς ὃ λήγει ἡ νόησις. οὐκ ἀρ-
D ξαμένη στάσις. καὶ ἀφ' οὗ ὥρμηται, οὐχ ὁρμήσα-
σα στάσις. οὐ γὰρ ἐκ κινήσεως κίνησις, οὐδ' εἰς κί-
νησιν. ἔτι δὲ, ἡ μὲν ἰδέα ἐν στάσει, πέρας οὖσα
νοῦ. ὁ δὲ νοῦς αὐτῆς, ἡ κίνησις. ὥστε ἓν πάντα, καὶ
κίνησις καὶ στάσις. καὶ δι' ὅλων ὄντα, γένη. καὶ ἕκαστον
τῶν ὕστερον τὶ ὂν. καὶ τὶς στάσις. καὶ τὶς κίνησις. τρία
δὲ ταῦτα ἰδὼν τὶς, ἐν προσβολῇ τῆς τοῦ ὄντος
φύσεως γεγενημένος, καὶ τῷ παρ' αὐτῷ ὄντι. καὶ
E τὸ ὂν. καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδὼν τὰ ἄλλα, τὴν κίνη-
σιν τὴν ἐν ἑαυτῷ, τῇ ἐν αὐτῷ κινήσει. καὶ τὴν
στάσιν τῇ στάσει. καὶ ταῦτα ἐκείνοις ἐφαρμόσας,
ὁμοῦ μὲν γινομένοις, καὶ οἷον συγκεχυμένοις
συμμίξας, οὐ διακρίνων, οἷον δ' ὀλίγον διαστή-
σας καὶ ἐπισχὼν καὶ διακρίνας, εἰσιδὼν ὂν,
καὶ στάσιν, καὶ κίνησιν, τρία ταῦτα καὶ ἕκαστον ἕν.

ἆρ' οὐχ ἕτερα ἀλλήλων εἴρηκε, καὶ διέστησεν ἐν ἑτερότητι, καὶ εἶδε τὴν ἐν τῷ ὄντι ἑτερότητα, τρία τιθεὶς καὶ ἓν ἕκαστον; πάλιν δὲ ταῦτα εἰς ἓν καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ πάντα εἰς ἓν, εἰς ταὐτὸν αὖ συνάγων καὶ βλέπων, ταυτότητα εἶδε γενομένην καὶ οὖσαν. οὐκοῦν πρὸς τρισὶν ἐκείνοις, ἀνάγκη δύο ταῦτα προστιθέναι ταὐτὸν θάτερον, ὥς τε τὰ πάντα γένη γίγνεσθαι πέντε πᾶσι. καὶ ταῦτα διδόντα τοῖς μετὰ ταῦτα, τὸ ἑτέροις καὶ ταὐτοῖς εἶναι. καὶ τι γὰρ ταὐτὸν, καὶ τι ἕτερον ἕκαστον. ἁπλῶς γὰρ ταὐτὸν, καὶ τὸ ἕτερον ἄνευ τοῦ τι, ἐν γένει ἂν εἴη. καὶ πρῶτα δὲ γένη, ὅτι μηδὲν αὐτῶν κατηγορήσεις ἐν τῷ τί ἐστι. τὸ γὰρ ὂν κατηγορήσεις αὐτῶν. ὄντα γάρ. ἀλλ' οὐχ ὡς γένος. οὐ γὰρ ὅπερ * ὄντι. οὐδ' αὐτῆς κινήσεως, οὐδὲ τῆς στάσεως. οὐ γὰρ εἴδη τοῦ ὄντος. ὄντα γὰρ τὰ μὲν ὡς εἴδη αὐτοῦ, τὰ δὲ μετέχοντα αὐτοῦ. οὐδ' αὐτὸ ὂν μετέχον τούτων ὡς γενῶν αὐτοῦ. οὐ δὲ γὰρ ἐπαναβέβηκεν αὐτῷ, οὐδὲ πρότερα τοῦ ὄντος.

* ὄν τι.

A Hęc inquã sic aliquis cõtẽplatus, nónne diuerſa quodã modo inter ſe exiſtimat, atq; alteritate diſcernit? ipſamq; in ente alteritatẽ animaduertit? tria videlicet ponẽs, & quodlibet vnũ. Hæc rurſus in vnum atque in vno, & ad vnũ. omnia, ideoq; in idem colligens atque conſpiciens, identitatem agnoſcit iã factam, imò iam exiſtentem. Nónne igitur præter illa tria neceſſarium eſt duo hęc adiungere, idem ſcili- B cet atq; alterum? Quamobrem omnia omnibus quinque genera eſſe conſequens eſt: quæ & ſequentibus deinde ſua quædam tradant, vnde & eadem & diuerſa proueniant: nempe vnumquodque ſequentiũ aliquid idẽ eſt & diuerſum aliquid. Nã ipſum ſimpliciter idẽ vel diuerſum abſq; adiunctione, quæ per aliquid & quiddã fieri ſolet, in ordine generũ collocant. atqui & genera prima ſunt, quoniã nihil de illis in eo quod quid eſt poſſumus prædi- C care. Licet quidẽ ens prædicare de illis: entia namq; ſunt: ſed nõ prædicatur vt genus. Non enim ſic de eſſentia prędicatur, vt ipſa ens aliquod eſſe dicatur. Neq; rurſus ita de motu, neque de ſtatu: non enim hæc entis ſpecies ſunt. nam entia alia quidem ſunt tanquam ipſius ſpecies, alia verò tãquam participantia. Neq; rurſus ens horum tanquam ſui ipſius generum particeps dici debet: non enim ens ipſa tranſgrediuntur, neq; ſunt ipſo priora.

*Ipſum ſimpliciter vnũ quod eſt ente ſuperius, de nullo vel generum vel entium prædicatur vt genus. Cap. IX.*

*Quoniam propter indiuiduam prorſus ſimplicitatem ſuam differentias ſui nullas admittit, nullas diuiſiones, adiunctiones, compoſitiones excipit, per quas ſolet genus in ſpecies deriuari. Item nec vnum quod eſt in ente de generibus, aut entibus tanquam Peripateticum genus vniuocè prædicari poteſt. Nam in horum ordine aliud deinceps alio aliter atq; aliter, ac magis minúſue, & prius atq; poſterius, & ens & vnum eſſe cenſetur. Deniq; quẽadmodum in Luna quod ſurſum ſpectat, lucidum eſt ſimpliciter: quod verò deorſum, lucidum pariter, atq; non lucidum: ſic & ens ab ipſo ſimpliciter vno dependens, quatenus naturaliter vergit ad vnum, meritò ens eſt penitus vnum vel vnitũ. Quod autem poſt hoc in ipſo ſequitur eſt ens vnum pariter atq; multa. Illud quidem ſui prorſus vnũ, vel unitum, cum ſit indiuiſibile, non eſt genus: hoc verò quod in eo ſequitur, nõ nouũ præter genera ſuperius dicta genus affert.*

A Ἀλλ' ὅτι μὲν ταῦτα γένη πρῶτα, ἐκ τούτων ἄν τις, ἴσως δὲ καὶ ἄλλων βεβαιώσαιτο· ὅτι δὲ μόνα ταῦτα, καὶ οὐκ ἄλλα πρὸς τούτοις, πῶς ἄν τις πιστεύσειε; διατί γὰρ οὐ καὶ τὸ ἕν; διατί δ' οὐ τὸ ποσὸν; καὶ τὸ ποιὸν δέ; τὸ δὲ πρός τι καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ ἤδη ἕτεροι κατηρίθμηνται; τὸ μὲν οὖν ἓν, εἰ μὲν τὸ πάντως ἓν, ἐν ᾧ μηδὲν ἄλλο πρόσεστι, μὴ ψυχὴ, μὴ νοῦς, μὴ ὁτιοῦν, οὐδενὸς ἂν κατηγοροῖτο τούτου. ὥστε οὐδὲ γένος. εἰ δὲ τὸ προσὸν τῷ ὄντι ἐφ' οὗ τὸ ἓν, ὃ λέγομεν, οὐ πρώτως ἓν τοῦτο. ἔτι ἀδιάφορον ὂν αὐτοῦ, πῶς ἂν ποιήσειεν εἴδη. εἰ δὲ τοῦτο μὴ, οὐ γένος. πῶς γὰρ καὶ διαιρήσεις. διαιρῶν γὰρ, πολλὰ ποιήσεις. ὥστε αὐτὸ τὸ ἓν, πολλὰ ἔσται. καὶ ἀπολεῖ ἑαυτὸ, εἰ ἐθέλοι γένος εἶναι. ἔπειτα τί προσθήσεις, διαιρῶν εἰς εἴδη; οὐ γὰρ ἂν εἶεν διαφοραὶ ἐν τῷ ἓν, ὥσπερ εἰσὶ τῆς οὐσίας. ὄντος μὲν γὰρ δέχεται ὁ νοῦς εἶναι διαφοράς. ἑνὸς δὲ πῶς; εἶτα ἑκάστοτε μετὰ τῆς διαφορᾶς

A ESSE quidem hæc genera prima, per hæc aliquis ac fortè per alia poteſt aſſeuerare: eſſe verò hæc ſola, nec alia pręterea, quânã ratione probabile fiet? Cur enim non & vnũ? Cur nõ quãtũ? Cur nõ quale inſuper genera ſint? Item relatio & reliqua quæ alij quidam numerauerunt? Sed quantum ſpectat ad vnũ, ſi accipiatur ipſũ quod eſt penitus vnũ, cui nihil aliud adhibetur, nõ anima, nõ intellectus, nõ B aliud quicquã de nullo id prędicabitur: itaq; nec erit genus. Sin autem accipiatur vnum, quod adſit enti, in quo ipſum vnum ens appellamus, non erit hoc ipſum primò vnum. Præterea cum nullas in ſe ad ſe differentias vnquam admittat, quónam modo ſpecies poterit procreare? Quas niſi genuerit, genus eſſe non poterit. Iam verò quónam pacto diuidere poteris? Multa enim facies diuidendo. Quapropter ipſum vnũ multa iã euadet, ac ſi C genus eſſe voluerit, ſeipſum perdet. Accedit ad hęc, quòd ſi partiaris in ſpecies, interim aliquid adhibebis: alioquin nõ eſsẽt in vno differẽtię, quẽadmodũ ipſius eſsẽtię differẽtiæ ſũt. Mẽs vtiq; differẽtias entis admittit, vnitus aũt quónã modo poſſit admittere? Itẽ vbiq; cũ differẽtia

duo quædam ponens, deſtrues vnũ: ſiquidem vbiq; vnitatis adiunctio quãtũ prius obſcurat. Siquis autẽ dixerit vnũ quod eſt in ente, & vnũ quod eſt in motu atq; cæteris eſſe cõmune, idq; vnum vnà cum ente in idem redegerit, ſicut ens non cõceſsit aliorum genus exiſtere, propterea quòd non id ipſum quod ens eſt, exiſterent, ſed alio modo entia dicerentur: ita neq; ipſum vnum cõmune erit in illis, ſed aliud quidem primò erit tale, aliud verò aliter. Si autem dixerit nõ omniũ genus eſſe, ſed vnum aliquid in ſeipſo ſicut & alia, acſi idẽ eſſe voluerit ens atq; vnũ, nimirum cum iam ens inter genera ſit numeratum, nũc nomẽ dũtaxat adducit. Quòd ſi vnum ipſum eſſe alterũ dicat, vtrumq; certè naturã quandam dicit, ac ſi quid addat, vnũ aliquid affert: ſin autẽ nihil addiderit, rurſus illud affert, quod de nullo penitus prædicatur. Si rurſus vnũ cum ente cõgrediens introduxerit, reſpondebimus iam nos prædixiſſe id non primò vnũ exiſtere. Verùm quidnã prohibet hoc eſſe primò, exẽpto videlicet illo, quod eſt prorſus vnũ? Etenim ens poſt illud ens appellamus, atq; ens, primò ens affirmamus. Forſan prohibere videtur, quoniam quod ſuper ens exiſtit, non eſt ens dicendum: alioquin nõ eſſet hoc primò ens iudicandum: at verò quod ſuper hoc vnum ponitur, exiſtit vnum. Præterea ſi vnum ab ente intelligentia ſeparetur, differentias nullas admittit. Proinde vnum quod in ente ponitur, ſiue cõſequens illius aliquid ſit, & ſimiliter omnium, certè poſterius erit: genus autẽ prius eſſe debet, ſiue ſimul cũ ente concurrat, ſimiliterq; cũ alijs reſpondebitur, genus nõ ſimul eſſe debere, ſiue fortè ſit prius, certè principium quoddam illius tantũ erit: ſin autẽ illius principium, non etiam genus illius. Quòd ſi nõ illius, nec etiam aliorum, alioquin oporteret & ens ſimiliter eſſe genus omnium reliquorum. Omnino verò vnum in ente videtur propinquare quidem vni, & quaſi cum ente concurrere: quippe cum ipſius entis, quod quidem vergit ad vnum, ſit ens vnum: quod autem eſt poſt illud, ſit ens, quod quidem eſſe poteſt & multa. Vbi quidem illud, cum permaneat vnum, neq; diuidi velit, certè nec fieri genus admittit.

A δύο τιθεὶς, ἀναιρεῖς τὸ ἕν. ἐπείπερ πανταχοῦ ἡ μονάδος προσθήκη, τὸ πρότερον ποσὸν ἀφανίζει. εἰ δέ τις λέγοι, τὸ ἐπὶ τῷ ὄντι ἕν, καὶ τὸ ἐπὶ κινήσει ἕν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινὸν εἶναι, εἰς μὲν ταὐτὸν ἄγων τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ἐν ᾧ λόγῳ τὸ ὂν οὐκ ἐποίει τῶν ἄλλων γένος, ὅτι μὴ ὅπερ ὄντα, ἀλλ᾽ ἕτερον τρόπον ὄντα, οὕτως οὐδὲ τὸ ἓν κοινὸν ἐπ᾽ αὐτῶν ἔσται. ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως, τὸ B δὲ ἄλλως. εἰ δὲ μὴ πάντων λέγοι ποιεῖν, ἀλλὰ ἕν τι ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, ὥσπερ τὰ ἄλλα. εἰ μὲν ταὐτὸν αὐτῷ τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν, ἤδη τοῦ ὄντος ἠριθμημένου ἐν τοῖς γένεσιν, ὄνομα εἰσάγει. εἰ δὲ ἓν ἑκάτερον, τίνα φύσιν λέγοι. καὶ εἰ μὲν προστίθησί τι, ἕν λέγει. εἰ δὲ μηδέν, ἐκεῖνο ὃ οὐδενὸς κατηγορεῖται, πάλιν αὖ λέγει. εἰ δὲ τὸ τῷ ὄντι συνόν, εἴπομεν μέν, ὅτι οὐ πρώτως ἓν C λέγειν. ἀλλὰ τί κωλύει πρώτως εἶναι τοῦτο, ἐξῃρημένου ἐκείνου τοῦ παντελῶς ἑνός. καὶ γὰρ τὸ ὄν, μετ᾽ ἐκεῖνο λέγομεν ὄν, καὶ ὂν πρώτως ὄν. ἢ ὅτι οὐκ ἦν τὸ πρὸ αὐτοῦ ὄν, ἢ εἴπερ ἦν, οὐκ ἂν ἦν πρώτως. τούτου δὲ τὸ πρὸ αὐτοῦ, ἕν. ἔπειτα χωρισθὲν τῇ νοήσει τοῦ ὄντος, διαφορὰς οὐκ ἔχει. ἔπειτα ἐν τῷ ὄντι, εἰ μὲν ἐπακολούθημα αὐτοῦ, καὶ πάντων, καὶ ὕστερον, πρότερον δὲ τὸ γένος. εἰ δὲ ἅμα, καὶ πάντων: τὸ δὲ γένος, οὐχ ἅμα: εἰ δὲ D πρότερον, ἀρχή τις καὶ αὐτοῦ μόνον: εἰ δὲ ἀρχὴ αὐτοῦ, οὐ γένος αὐτοῦ: εἰ δὲ μὴ αὐτοῦ, οὐδὲ τῶν ἄλλων. ἢ δέοι ἂν καὶ τὸ ὄν, καὶ τῶν ἄλλων πάντων. ὅλως γὰρ ἔοικε τὸ ἓν ἐν τῷ ὄντι, πλησιάζον τῷ ἑνί. καὶ οἷον συνεκπίπτον τῷ ὄντι. τοῦ ὄντος τὸ μὲν πρὸς ἐκεῖνο ἓν ὄντος, τὸ δὲ μετ᾽ ἐκεῖνο ὄντος. ὃ δύναται καὶ πολλὰ εἶναι μένον αὐτὸ ἕν, καὶ οὐ θέλον μερίζεσθαι, οὐδὲ γένος εἶναι E βούλεσθαι.

*Ipſum ſimpliciter vnum non prædicatur vt genus de aliquo, ſcilicet generum, aut de ideis vllis. Cap. X.*

*Nam quoduis genus, & quæuis idea eſt in ſe vnum aliquid multitudinis neceſſariò particeps. Aequiuocè igitur rationeq; longè diuerſa illud primum & hæc nominantur vnum: neque minus multitudo quàm vnum de his generib. ideiſq; prædicatur. Præterea genus varietatẽ in ſe prorſus admittit, quã nõ admittit ipſum vnũ, quod quidẽ cũ ſit ſimpliciter un, nonũ eſt unum genus: tum uerò unum omnibus entibus communiter ineſt, nec propterea eorũ genus exiſtit, ſicut neq; unitas numerorum, neq; punctum linearum, neq; ſimplex compoſitorum. Deniq; ſi unũ quod cum eſſentia congreditur, ſi abſq; ente conſideretur, non diuiditur per differentias ullas in unum hoc & illud, diuiſio uerò ratione entis accidit & in ente. Hoc igitur reſtat genus, qualecunque ſit genus.*

QVO igitur pacto vnumquodq; eorum quæ entis ipſius propria ſunt, eſt vnum? Fortè ex eo quòd eſt quiddã vnũ, nõ vnũ ipſum. Multa enim iam eſt quod eſt aliquid vnũ, ſed æquiuocè vnum eſt ſpecies vnaquæque, ſpecies enim multitudo eſt: quapropter vnum hoc in loco ſe habet, ſicut exercitus aut chorus: nõ igitur vnũ illud his ineſt, itaq; vnũ nõ eſt cõmune. Neq; conſiderari poteſt vnum ipſum, ipſo ente, neq; his quæ aliquid propriè ſunt, illud

A ΠΩΣ οὖν ἕκαστον τοῦ ὄντος ἕν; ἢ τῷ τὶ ἓν οὐχ ἕν. πολλὰ γὰρ ἤδη τὸ τὶ ἕν. ἀλλ᾽ ὁμωνύμως ἓν ἕκαστον τῶν εἰδῶν. τὸ γὰρ εἶδος, πλῆθος. ὥστε ἓν ἐνταῦθα, ὡς στρατὸς ἢ χορός. οὐ τοίνυν τὸ ἐκεῖ ἕν, ἐν τούτοις. ὥστε οὐ κοινὸν τὸ ἕν. οὐδὲ θεωρεῖ τὸ ἓν τῷ ὄντι, καὶ τοῖς τὶ οὖσι τὸ αὐτό.

ὥστε οὐ γένος τὸ ἕν. ἐπεὶ πᾶν γένος, καθ' οὗ ἀληθεύτεται, οὐκ ἔτι καὶ τὰ ἀντικείμενα. καθ' οὗ δὲ παντὸς ὄντος ἀληθεύεται τὸ ἕν, καὶ τὰ ἀντικείμενα. καθ' οὗ ἀληθεύεται τὸ ἓν ὡς γένος, κατὰ τούτου ἔσται οὐχ ὡς γένος. ὥστε οὔτε τῶν πρώτων γενῶν ἀληθεύσεται ὡς γένος, ἐπείπερ καὶ τὸ ἓν ὄν, οὐ μᾶλλον ἓν ἢ πολλά. οὔτέ τι τῶν ἄλλων γενῶν οὕτως ἓν ὡς μὴ πολλά. οὔτε κατὰ τῶν ἄλλων ὑστέρων, ἃ πάντως πολλά, τὸ δ' ὅλον γένος, οὐδὲν ἕν, ὥστε εἰ τὸ ἓν γένος, ἀπολεῖ τὸ εἶναι ἕν. οὐ γὰρ ἀριθμὸς τὸ ἕν. ἀριθμὸς δ' ἔσται γενόμενον γένος. ἔτι τὸ ἐν ἀριθμῷ ἕν, εἰ γὰρ γένει ἕν, οὐ κυρίως ἕν. ἔτι ὥσπερ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τὸ ἓν οὐχ ὡς γένος κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐνυπάρχειν μὲν λέγεται, οὐ γένος δὲ λέγεται, οὕτως οὐδ' εἰ ἐν τοῖς οὖσι τὸ ἕν, γένος ἂν εἴη, οὔτε τοῦ ὄντος, οὔτε τῶν ἄλλων, οὔτε τῶν πάντων. ἔτι ὥσπερ τὸ ἁπλοῦν ἀρχὴ μὲν ἂν εἴη τοῦ οὐχ ἁπλοῦ, οὐ μὴν τούτου καὶ γένος, ἁπλοῦν γὰρ ἂν εἴη, καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνός. εἰ τὸ ἓν ἀρχή, οὐκ ἔσται τῶν μετ' αὐτὸ γένος, ἔσται οὖν οὔτε τοῦ ὄντος, οὔτε τῶν ἄλλων. ἀλλ' εἴπερ ἔσται τῶν ἓν ἑκάστων, οἷον εἴ τις ἀξιώσειε χωρίσαι ἀπὸ τῆς οὐσίας τὸ ἕν, τινῶν οὖν ἔσται. ὥσπερ γὰρ τὸ ὂν οὐ πάντων γένος, ἀλλὰ τῶν ὂν εἰδῶν, οὕτω καὶ τὸ ἓν τῶν ἓν ἑκάστων εἰδῶν. τίς οὖν διαφορὰ ἄλλου πρὸς ἄλλο καθὸ ἕν, ὥσπερ ἄλλου πρὸς ἄλλο ὄντος διαφορά. ἀλλ' εἰ συμμερίζεται τῷ ὄντι, καὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ τὸ ὄν, τῷ μερισμῷ, καὶ τὸ ἐν πολλοῖς θεωρεῖσθαι τὸ αὐτὸ γένος, διατί οὐ καὶ τὸ ἓν τοσαῦτα φαινόμενον, ὅσα ἡ οὐσία, καὶ ἐπὶ τὰ ἴσα μέρη μεριζόμενον, οὐκ ἂν εἴη γένος; ἢ πρῶτον οὐκ ἀνάγκη εἴ τι ἐνυπάρχει πολλοῖς γένος εἶναι, οὔτε αὐτῶν οἷς ἐνυπάρχει, οὔτε ἄλλων οὐδ' ὅλως, εἴ τι κοινὸν πάντων γένος. τὸ γοῦν σημεῖον ἐνυπάρχον ταῖς γραμμαῖς, οὐ γένος. οὔτε αὐτῶν, οὔτε ὅλως. οὐδέ γε ὥσπερ ἐλέγετο τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ἕν. οὔτε τῶν ἀριθμῶν, οὔτε τῶν ἄλλων. δεῖ γὰρ τὸ κοινὸν καὶ ἓν πολλοῖς, καὶ διαφοραῖς οἰκείαις χρῆσθαι. καὶ εἴδη ποιεῖν. καὶ ἐν τῷ τί ἐστι. τοῦ δὲ ἑνός, τίνες ἂν εἶεν διαφοραί; ἢ ποῖα γεννᾷ εἴδη; εἰ δὲ τὰ αὐτὰ εἴδη ποιεῖ, ἃ περὶ τὸ ὄν, καὶ αὐτὸ ἂν εἴη τῷ ὄντι. καὶ ὄνομα μόνον θάτερον. καὶ ἀρκεῖ τὸ ὄν.

A illud quod eſt ſimpliciter ipſum, vnum igitur non eſt genus: quoniam omne genus ita ſe habet, vt de quo prædicatur, non etiam prædicentur oppoſita. At verò de quocunq; entis vniuerſi affirmatur vnum, oppoſita etiam affirmantur: ideoq; de quocunq; affirmabitur vnum velut genus, de eodem iudicandum erit non tanquam genus. quare neq; de generibus primis tanquam genus reuera dicetur.
B Quandoquidem & vnum ens, non magis vnum eſt quàm multa, neq; quicquam generũ aliorum ſic eſt vnum, vt etiam non ſit multa, neq; etiam ſic de alijs poſterioribus prędicabitur, quæ omnino ſunt multa. Sũmatim verò nullum genus totũ eſt vnum: iccirco ſi vnum ipſum ſit genus, deſinet protinus eſſe vnũ. ipſum namq; vnũ nõ eſt numerus: erit autem numerus, ſi genus fuerit. Erit præte-
C rea vnum quiddam in numero: nẽpe ſi genere vnũ fuerit, nõ erit principaliter vnũ. Præterea ſicut in numeris vnũ de illis nõ vt genus dicitur, ſed ineſſe quidẽ aſſeritur, nõ tamẽ eſſe genus: ita neq; ſi vnũ entibus inſit, ꝓpterea genus erit vel entis ipſius, vel aliorum, vel omniũ. Proinde ſicut quod eſt ſimplex principium quidem eſſe poteſt rei minimè ſimplicis, non tamen eſt genus eiuſdem: alioquin ſim-
D plex quoque erit, quod non ſimplex: ſic & in vno dicendum, nempe ſi locum principij teneat, ſequentium genus eſſe non poterit. Nec igitur entis genus erit, nec aliorum: ſed ſi modò genus fuerit, eorum erit duntaxat quæ ſingulatim dicuntur vnum, velut ſiquis vnum ab eſſentia exiſtimauerit ſeparandum: erit igitur aliquorum. Sicut enim ens non omnium genus eſt, ſed ſpecierum quæ ſingulatim ens
E nominantur: ſic & vnum genus erit ſimiliter ſpecierum, quę ſingulatim vnum appellabuntur. Quænam igitur differentia erit aliud inter & aliud, quatenus vnum erunt, quemadmodum eſt & entis alterius ad alterũ differẽtia? Verùm ſi vnũ ſimul diuiditur cũ ente atq; eſſentia, & ipſum ens tum quia diuiditur, tum quia idem conſideratur in multis, iccirco genus exiſtit: cur non & ipſum vnum, cum to-
F tidem videatur eſſe, quot & eſſentia ęqualiterq; diuiſum, ſimiliter genus exiſtat? Sed profectò nõ eſt neceſſariũ, ſiquid multis inſit, eſſe genus, vel eorum quibus ineſt, vel aliorum: nec oportet omnino, ſiquid cõmune ſit, etiam genus eſſe. Iam verò pũctũ quod lineis ineſt, nõ eſt genus, aut earũ, aut omnino: quinetiã vt diximus, nec ipſum in numeris vnũ, genus eſt numerorũ vel etiã aliorũ. Oportet enim quod eſt cõmune vnũq; in multis, ſi modò genus futurũ ſit, proprias admittere differẽtias, ac ſpecies ita conficere, & in eo quod quid eſt prædicari: ipſius autẽ vnius quænam differentiæ ſunt? Quales nam ſpecies efficit? Quod ſi dicatur eaſdem ſpecies conſtituere, quæ enti quoq; conueniunt, certè idem cum ente erit, ideoq; ſolùm hîc nomen erit differens, & ens ipſum ſufficere iudicandum.

*Nec ens, nec unum eadem ubique ratione rebus inſunt, ſed ratione diuerſa magisq; & minus gradatim, & prius atq; poſterius. Cap. XI.*

*Rurſus non eſt eadem omnino inter ſe ratio unius atq; ratio entis: nam exercitus nõ eſt minus ens quàm domus, nec domus quàm continuum: eſt tamen minus unum. Eſt autẽ ratio eadem unius atq; boni, & quatenus*

*quodlibet particeps ſit vnius, eatenus & boni, atq; viciſſim. Alibi dictum eſt, vnum eſſe aliud ſuperiusq; quàm ens, propterea vltra eſſe à rebus expeti bene eſſe. Id verò bonum vniuſcuiuſq; rei in vnione conſiſtit, id eſt vt partes ſuæ inuicem ſint vnitæ, & totum vnitum ſit principio atq; fini. Atq; ut res omnes tũ quæ magis inuicem ſunt cognatæ coeant, tum quæ minus cognatæ concilientur.*

OPERAE pretiũ eſt cõſiderare quomodo ſit vnũ in ente, & quo pacto quæ dicitur partitio fiat: & omnino qualis ſit partitio generũ. Item nunquid eadem, vel alia ſit vtraq;. In primis igitur cogitandũ, quomodo omnino vnũquodlibet dicatur, atq; exiſtat: deinde vtrũ ſimiliter & in vno ente dicamus, & quomodo ibi dicatur. Iam verò vnũ, quod omnibus attribuitur, nõ eſt idẽ. neq; enim in rebus quæ ſentiuntur ſimiliter ſe habet, atq; in his quæ intelligẽtia tantũ percipiuntur: ſed neq; etiã ens in eis ſe ſimiliter habet, nec etiã in rebus ſentiẽdis inter ſe ſimiliter ineſt. Non enim idem vnum eſt in choro atq; exercitu, naueq;, & domo: nec rurſus idem in his atq; in cõtinuo. Veruntamẽ idẽ omnia imitantur, ſed alia quidem remotius, alia verò propinquius: atq; in mẽte proculdubio verius. Anima enim vna eſt: ac multò magis mẽs eſt vna, & ens eſt vnũ. Num igitur dicẽtes in quodlibet ens ipſius, pariter & vnũ dicimus? Atq; ſicut habet entis, ſic & vnius habet? An potius id quidẽ accidit? non tamen quatenus ens eſt, exiſtit & vnũ: ſed fieri poteſt, vt quod nõ minus eſt ens, minus tamen ſit vnũ. Nõ enim minus ens eſt exercitus aut chorus, quã ſit domus: veruntamẽ eſt minus vnum. Videtur igitur quod in quolibet vnũ eſt, id ipſum bonũ magis vnũ aſpicere, & quantũ boni cõſequitur, tantũ & vnũ eſſe, atq; ipſum magis minúſue ſecundum vnũ in hoc ipſo conſiſtere. Nam vnumquodq; nõ ſimpliciter eſſe vult, ſed eſſe cum bono. Ob hoc & quæ nõ ſunt vnum, ſtudent quoad poſſunt vnum fieri: & quæ natura conſtãt, id affectant ipſa natura in idem cõgredientia, dum videlicet ſibimet vniri deſiderãt. Non enim ſeorſum à ſe inuicẽ fieri ſingula properãt, ſed in ſe inuicẽ & ad ſeipſa feſtinant. atqui animæ omnes in vnũ quidem optarẽt euadere, propria videlicet eſſentia interim conſeruata. Et profectò in vniuerſo vtrinq; regnat vnum. Eſt enim vnum & à quo pendent, & in quod omnia tendunt. Exordiũtur enim ab vno, properantq; ad vnum: in hoc enim ipſo omniũ conſiſtit bonum: atq; ita in ordine rerum extitit vnumquodq;. Et poſtquam extitit, neque conſiſteret niſi feſtinaret ad vnum, neque quo minus huc properet, continere ſe poteſt. Quæ igitur natura ducuntur, ita ſe habẽt: quæ verò arte tractantur ita. Ars vnaquæque vnũquodq; ad hoc ipſũ, & quãtũ ipſa poteſt, & quantum ſingula poſſunt, ritè diſponit: ipſum verò ens maximè omnium id aſſequitur. vni namque proximum eſt. Quamobrem alia quidem dicuntur tantùm, quod & dicuntur, velut homo: etenim ſi quando dicamus, homo ille vnus eſt, ad duo reſpicientes id dicimus. Quòd ſi & aliter vnum aliquid dicamus, adiungentes videlicet aliquid ita loquimur. In ipſo autem ente, dicimus totum hoc, ens vnum, ac velut vnum, cenſemus: oſtendentes videlicet maximam quandam eius cum bono propinquitatem.

A ΕΠΙσκεπτέον δὲ πῶς ἐν τῷ ὄντι τὸ ἕν, καὶ πῶς ὁ λεγόμενος μερισμὸς, καὶ ὅλως ὁ τῶν γενῶν. καὶ εἰ ὁ αὐτὸς ἢ ἄλλος ἑκάτερος. πρῶτον οὖν πῶς ὅλως ἓν ἕκαστον ὁτιοῦν λέγεται καὶ ἐστίν. εἶτα εἰ ὁμοίως καὶ ἐν τῷ ἑνὶ ὄντι λέγομεν, καὶ ὡς ἐκεῖ λέγεται. τὸ μὲν οὖν ἐπὶ πάντων ἕν, οὐ ταὐτόν. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν ὁμοίως καὶ τῶν νοητῶν. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τὸ ὄν. οὔτε ἐπὶ τῶν
B αἰσθητῶν πρὸς ἄλληλα ὁμοίως. οὐ γὰρ ταὐτὸν ἐν χορῷ καὶ στρατοπέδῳ, καὶ νηῒ καὶ οἰκίᾳ. οὐδὲ αὖ ἐν τούτοις καὶ ἐν τῷ συνεχεῖ. ἀλλ' ὅμως πάντα τὸ αὐτὸ μιμεῖται. τυγχάνει δὲ τὰ μὲν πόρρωθεν, τὰ δὲ μᾶλλον. ἤδη γὰρ καὶ ἀληθέστερον ἐν τῷ νῷ. ψυχὴ γὰρ μία. καὶ ἔτι μᾶλλον νοῦς εἷς καὶ τὸ ὂν ἕν. ἆρ' οὖν ἑκάστῳ τὸ ὂν αὐτοῦ λέγοντες ἓν λέγομεν, καὶ ὡς ἔχει ὄντος, οὕτω καὶ τοῦ ἑνός,
C ἢ συμβέβηκε μὲν τοῦτο, οὐ μέντοι κατὸ ὂν καὶ ἕν; ἀλλ' ἔστι μὴ ἧττον ὂν ὑπάρχον, ἧττον εἶναι ἕν. οὐ γὰρ ἧττον στρατὸς ἢ χορὸς, οἰκίας. ἀλλ' ὅμως ἧττον ἕν. ἔοικεν οὖν τὸ ἓν ἑκάστῳ ἕν, πρὸς ἀγαθὸν μᾶλλον ἐν βλέπειν. καὶ καθόσον τυγχάνει ἀγαθοῦ, κατὰ τοσοῦτον καὶ ἕν. καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον τοῦ ἕν, ἐν τούτῳ. τοῦ εἶναι γὰρ θέλει ἕκαστον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἀγαθοῦ. διὰ τοῦτο καὶ τὰ μὴ ἕν, ὡς δύναται σπεύδει ἓν γενέσθαι. τὰ
D μὲν φύσει, αὐτῇ τῇ φύσει συνιόντα εἰς ταὐτὸν ἑνοῦσθαι αὐτοῖς θέλοντα. οὐ γὰρ ἀπ' ἀλλήλων σπεύδει ἕκαστα, ἀλλ' εἰς ἄλληλα καὶ εἰς αὐτά. καὶ ψυχαὶ πᾶσαι εἰς ἓν ἂν βούλοιντο εἶναι, μετὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν. καὶ ἀμφοτέρωθεν δὲ τὸ ἕν. καὶ γὰρ τὸ ἀφ' οὗ, καὶ τὸ εἰς ὅ. καὶ γὰρ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ ἕν, καὶ σπεύδει εἰς τὸ ἕν. οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἀγαθόν. οὔτε γὰρ ὑπέστη ἐν τοῖς οὖσιν ὁτιοῦν, ὑποστὰν τε οὐκ ἂν ἀνέχοιτο μὴ πρὸς τὸ ἓν τὴν
E σπουδὴν ἔχον. τὰ μὲν δὴ φύσει, οὕτω· τὰ δὲ ἐν ταῖς τέχναις, αὕτη ἑκάστη ἕκαστον πρὸς τοῦτο, καθόσον δύναται καὶ ὡς δύναται ἐκεῖνα, οὕτως λέγοι. τὸ δὲ ὄν, μάλιστα πάντων τούτου τυγχάνει. ἐγγὺς γάρ, ὅθεν τὰ μὲν ἄλλα λέγεται, ὃ λέγεται μόνον. οἷον ἄνθρωπος. καὶ γὰρ εἴποτε λέγοιμεν εἷς, πρὸς δύο λέγομεν. εἰ δὲ καὶ ἄλλως τὸ ἓν λέγομεν, ἀπ' αὐτοῦ προστιθέντες λέγο-
F μεν. ἐπὶ δὲ τοῦ ὄντος, λέγομεν τὸ ὅλον τοῦτο ἓν ὄν. καὶ ἀξιοῦμεν ὡς ἕν, ἐνδεικνύμενοι τὴν σφόδρα αὐτοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν συνουσίαν. γίγνε-

ταύτῃ οὖν τὸ ἕν. καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος. οὐχ' ὡσαύτως δὲ, ἀλλὰ ἄλλως. ὥστε, καὶ τὸ πρότερον, καὶ τὸ ὕστερον, καὶ ἐν τῷ ἕν. τί οὖν τὸ ἐν αὐτῷ ἕν; οὐχὶ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσι καὶ κοινὸν θεωρούμενον; ἢ πρῶτον μὲν καὶ ἐν ταῖς γραμμαῖς κοινὸν τὸ σημεῖον, καὶ οὐ γένος τῶν γραμμῶν, καὶ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς κοινὸν τὸ ἓν δὴ ἴσως τοῦτο καὶ οὐ γένος. οὐ δὲ γὰρ ταὐτὸν τὸ ἓν τὸ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς, τοῦ ἐπὶ μονάδος καὶ δυάδος, καὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν. ἔπειτα καὶ ἐν τῷ ὄντι οὐδὲν κωλύει τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ ὕστερα εἶναι. καὶ τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα εἶναι. καὶ εἰ ταὐτὸν δὲ ἐν πᾶσι τὸ ἓν τοῖς τοῦ ὄντος, διαφορὰ οὐκ οὖσα αὐτοῦ. οὐδὲ εἴδη ποιεῖ. εἰ δὲ μὴ εἴδη, οὐδὲ γένος αὐτὸ δύναται εἶναι.

A Fit itaq; vnum & in ipſo tāquā princi piū atq; finis, non tamen eodem modo, ſed potius aliter. quapropter in hoc ipſo etiam vno prius eſt atq; poſterius. Quid ergo hoc ipſum in eo vnum, nónne ſimiliter cunctis in partibus atq; cōmune conſideratur? Forſan verò in lineis quoq; punctum eſt cōmune, neq; tamē genus eſt linearum. Et in numeris cōmune vnū hoc forſan eſt, neq; tamen eſt genus. Nō B enim idem eſt vnum quod in ſeipſo eſt, atq; vnum quod in vnitate eſt, atq; duitate cæteriſq; numeris ineſt. Proinde etiam in ente nihil prohibet alia quidem prima eſſe, alia verò ſequentia: & alia ſimplicia, alia verò compoſita. Atqui ſi idem ſit vnum in his quæ ad ens propriè pertinent, quia tamen non adeſt ei differentia vlla, & iccirco neq; ſpecies efficit, meritò neq; genus eſſe poteſt.

*Bonum etiam inanimatorum, diſcretorum, numerorum, in quadam unione conſiſtit: item quodlibet quinq; generum eſt & in ſeipſo unum, & in participantibus non diſcerptum. Cap. XII.*

ΚΑῚ ταῦτα μὲν οὕτω. πῶς δὲ τοῖς ἀριθμοῖς τὸ ἀγαθὸν ἐν τῷ ἓν εἶναι ἕκαστον, ἀψύχοις οὖσιν; ἢ κοινὸν καὶ τοῦτο, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀψύχων. εἰ δέ τις λέγοι μὴ εἶναι ὅλως αὐτοὺς, ἡμεῖς περὶ ὄντων εἴπομεν καθὸ ἓν ἕκαστον. εἰ δὲ τὸ σημεῖον ζητοῖεν πῶς ἀγαθοῦ μετέχοι, εἰ μὲν καθ' αὑτὸ φήσουσιν εἶναι, εἰ μὲν ἄψυχον φήσουσι, τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ζητοῦσιν. εἰ δ' ἐν ἄλλοις οἷον ἐν κύκλῳ, τὸ ἀγαθὸν τὸ ἐκείνου. τούτου καὶ ἡ ὄρεξις πρὸς τοῦτο, καὶ σπεύδει ὡς δύναται διὰ τούτου ἐκεῖ. ἀλλὰ πῶς τὰ γένη ταῦτα; ἆρα καὶ τὰ κερματιζόμενα ἕκαστα, ἢ ὅλον ἐν ἑκάστῳ ὧν γένος, καὶ πῶς ἔτι ἕν, ὡς ἐν πολλοῖς ὅλον; ἆρ' οὖν μόνον ἐν τοῖς μετέχουσιν, ἢ οὔ; ἀλλὰ καὶ καθ' αὑτὸ καὶ ἐν τοῖς μετέχουσιν. ἀλλ' ἴσως σαφέστερον ἔσται ὕστερον.

A HAEC quidem ita ſe habeant, ſed quonam modo in numeris bonū eſt, in eo quod vnuſquiſq; ſit vnū, cum inanimati ſint? Forſan verò cōmune hoc eſt in alijs etiam, quæ anima carent. Siquis autem objiciat omnino illos nō eſſe, reſpondebimus, nos de entibus loqui inſtituiſſe, quà vnumquodq; eſt vnū. Sin autem interroget quomodo punctum boni ſit particeps, quæremus & nos nūquid pūctum ſecundum ſeipſum accipiat necne. Ac ſi B accipiat ita, concedatq; inanimatum eſſe, dicemus illum idem quod & in alijs eiuſmodi quærere: ſin autem in alijs punctum accipiat, velut in circulo: reſpondebimus id quod circuli bonum eſt, huic quoq; bonum eſſe, atq; hoc ipſum appetere, ac per circulum illuc tendere. Sed quonam pacto hæc genera ſunt? nūquid etiam diuiſa ſingula? an totum C in vnoquoq; exiſtens eorum, quorum eſt & genus? Et quomodo adhuc eſt vnum? Fortè genere vnum, tanquam in multis totum. An igitur in his tantùm quæ participant? Fortè non in eis tantùm, verumetiam & ſecundū ſeipſum, & in his quæ participant. Sed forſan hoc in ſequentibus manifeſtius erit.

*Motus, ſtatus, identitas, alteritas ſunt prima rerum genera vnà cum ente; quoniam actus quidam primi & intimi ipſius entis exiſtunt: numerus autem poſterior inde reſultans, atq; etiam poſterior magnitudo, ideo duo hæc non ſunt genera prima. Cap. XIII.*

ΝΥ͂Ν δὲ πῶς τὸ ποσὸν οὐκ ἐν τοῖς γένεσι τοῖς πρώτοις, καὶ αὖ τὸ ποιόν. ἢ ποσὸν μὲν, οὐ πρῶτον μετὰ τῶν ἄλλων. ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅμα μετὰ τοῦ ὄντος. κίνησις γὰρ μετὰ τοῦ ὄντος, ἐνέργεια ὄντος, ζωὴ αὐτοῦ οὖσα. καὶ στάσις ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ συνεισῄει. μᾶλλον δὲ συνῆν, τὸ εἶναι τούτοις ἑτέροις καὶ τοῖς αὐτοῖς, ὥστε συνορᾶσθαι καὶ ταῦτα. ἀριθμὸς δὲ ὕστερός τε ἐκείνων καὶ ἑαυτοῦ. καὶ τὸ ὕστερον, παρὰ τοῦ προτέρου. καὶ ἐφεξῆς ἀλλήλοις, καὶ ἐνυπάρχει τὰ ὕστερα, ἐν τοῖς πρώτοις. ὥστε ἐν μὲν τοῖς πρώτοις,

A PERquirendum eſt in præſentia, cur non etiam quantitas inter prima genera numeretur, rurſuſq; qualitas. Sed profectò quantitas quidem nō eſt primū vnà cum cæteris, quoniam illa ſimul vnà ſunt cum ente. Motus enim vnà cum ente, cum ente inquam actu exiſtēte, ipſeq; eſt actus eius, cum & ipſius ſit vita. Status quoq; ſimul in eſſentia ipſa cōſpirat: imò verò ſimul his adeſt ipſum eſſe, his dico tum alteris, tū eiſdem, adeò vt hæc B etiam ſimul conſpiciantur. Numerus autem poſterior eſt illis, atque ſeipſo: & hoc ipſum quod poſterius aliquid eſt, habet à priore, ac deinceps ſunt in ſe inuicem, atq; poſteriora primis inſunt. quapropter inter prima

nequaquã numerabuntur. Quęrendum verò nunquid omnino numerus ipſe ſit genus. Nam magnitudo quidem magis etiam quã numerus poſterior eſt atq; cōpoſita. In hac enim eſt numerus atq; linea, quæ duo quędam ſunt: ineſt & planum, ideoq; ſunt tria. Si igitur cōtinua magnitudo à numero hoc ipſum habet quod ſit aliquid quantum, cum numerus ipſe non ſit genus, quonã modo magnitudo genus erit? Eſt autẽ inter magnitudines quoque prius atq; poſterius. Si autem cōmune ambobus eſt hoc ipſum quód ſint quanta, conſiderandum eſt, quidnam hoc ipſum ſit: & cum inuenerimus, genus poſterius ponendum eſt, inter genera uerò prima nequaquam. Atq; ſi genus ſit nec inter prima, indagandum eſt, in quid nam potiſſimum primorum ſit reducendum, uel in quæ potius ex illorum numerò quæ referuntur ad prima. Compertum eſt fortaſſe, ipſam quanti naturam quantum aliquid deſignare, & quantitatem uniuſcuiuſq; metiri, atq; ipſam quantũ aliquid eſſe. Verùm ſi commune numero atq; magnitudini eſt ipſum quantum, aut numerus quidem eſt primus, magnitudo autẽ eſt ab illo: aut omnino numerus quidem in quadam motus ſtatusq; mixtione uerſatur: magnitudo autẽ motus quidam eſt, uel ſaltẽ pendet ex motu, dum uidelicet motus in quiddam procedit indefinitum, ſtatus autem ſiſtens quod procedit, procreat unitatem. Sed de generatione numeri atq; magnitudinis, imò uerò de ſubſtantia utriuſq;, eorumq; notione in ſequentibus potius uidetur conſiderandum. Fortè enim numerus quidẽ in primis generibus collocatur, magnitudo verò in compoſitione poſterius. Et numerus quidem ſtabilium eſt, magnitudo autem verſatur in motu. Sed de his in ſequentibus, vt dicebamus.

A οὐκ ἂν καταριθμοῖτο. ζητητέον δὲ εἰ ὅλως γένος. τὸ μέν τοι μέγεθος, ἔτι μᾶλλον ὕστερον καὶ σύνθετον. ἀριθμὸς γὰρ ἐν τῷδε καὶ γραμμή, δύο τινά. καὶ ἐπίπεδον, τρία. εἰ μὲν οὖν παρὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἔχει καὶ τὸ συνεχὲς μέγεθος, τὸ ποσὸν τοῦ ἀριθμοῦ οὐκ ὄντος γένους, πῶς ἂν τοῦτο ἔχοι; ἔνι δὲ καὶ ἐν τοῖς μεγέθεσι, τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον. B εἰ δὲ κοινὸν ἐπὶ ἀμφοῖν τὸ ποσοῖς, τί τοῦτό ἐστι ληπτέον. καὶ εὑρόντας, θετέον γένος ὕστερον, οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις. καὶ εἰ γένος μὴ ἐν τοῖς πρώτοις, εἰς τί ἀνακτέον τῶν πρώτων, ἢ τῶν εἰς τὰ πρῶτα. δῆλον τοίνυν ἴσως, ὅτι ὅσον τι δηλοῖ ἡ τοῦ ποσοῦ φύσις, καὶ μετρεῖ τὸ ὅσου ἑκάστου. αὐτή τε ὅσον τι. ἀλλ' εἰ κοινὸν ἐπ' ἀριθμοῦ καὶ μεγέθαυς τὸ ὅσον, ἢ ὁ C ἀριθμὸς πρῶτος, τὸ δὲ μέγεθος ἀπ' ἐκείνου, ἢ ὅλως ὁ μὲν ἀριθμὸς ἐν μίξει κυνήσεως καὶ στάσεως, τὸ δὲ μέγεθος κίνησίς τις, ἢ ἐκ κινήσεως. τῆς μὲν κινήσεως εἰς ἀόριστον προϊούσης, τῆς δὲ στάσεως ἐν τῇ ἐποχῇ τοῦ προϊόντος, μονάδα ποιούσης. ἀλλὰ περὶ γενέσεως ἀριθμοῦ καὶ μεγέθους, μᾶλλον δὲ ὑποστάσεως ὕστερον καὶ D ἐπινοίας θεωρητέον. τάχα γὰρ ὁ μὲν ἀριθμὸς, ἐν πρώτοις γένεσι· τὸ δὲ μέγεθος, ὕστερον ἐν συνθέσει. καὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς, ἑστώτων· τὸ δὲ μέγεθος, ἐν κινήσει. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον, ὡς φαμέν.

*Qualitas non eſt inter prima rerum: quoniam qualitas eſſentia ipſa poſterior eſt, ei accidens abſolutè iam exiſtenti: prima verò genera eſſentiam illam tanquam actus eius intimi pariter comitantur. Eſſentijs rerum naturalium inſunt naturales & intimæ proprietates quædam quaſi ſimiles qualitatibus, vt ignis eſſentiæ calor, hominis facultas rationalis, quæ quidem reuera actus quidam eſſentiales ſunt potius quàm qualitates. Quæ verò non ab eſſentia ſpeciali naſcuntur, ſed aliunde contingunt, vt albedo homini, veræ ſunt qualitates atque paſsiones.* Cap. XIIII.

QVALITAS autẽ cur nō ſit in primis? profectò quoniã hæc quoq; poſterior eſt, & poſt eſſentiam naſcitur. Oportet autẽ eſſentiam primã hæc ipſa genera ſibi conſequentia poſſidere, neq; tamẽ ex his cōſtitui, neq; per hæc rurſus compleri, alioquin foret qualitate & quantitate poſterior. In eſſentijs quidem compoſitis, conſtantibusq; ex multis, in quibus & numeri qualitatesq; ſunt, diuerſitatem ipſarum hæc efficiunt, qualitatesq; earũ eſſe cōtingit, atq; comunitatem quandam in eis licet inſpicere. In primis verò generibus nō decet diuiſionẽ rerũ nō ſimplicium compoſitarumq; efficere, ſed ſimplicium eorumq; quę complent eſſentiam, non eſſentiam dico quandam. Nam eſſentiam quandam ex qualitate compleri fortè nihil eſt abſurdum, vbi certè ante qualitatem eſſentia ſit: ipſum verò tale aut tale extrinſecus accidat. Eſſentiã verò ipſam oportet, quæcunque habet, tanquam eſſentialia poſſidere. Tametſi in alijs iudicauimus ea quidẽ quæ complent eſſentiam,

A ΠΕΡΙ' δὲ τοῦ ποιοῦ, διατί οὐκ ἐν τοῖς πρώτοις; ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ὕστερον, καὶ μετὰ τὴν οὐσίαν. δεῖ δὲ τὴν οὐσίαν, παρακολουθοῦντα ταῦτα ἔχειν, τὴν πρώτην. μὴ ἐκ τούτων δὲ τὴν στάσιν ἔχειν, μὴ δὲ διὰ τούτων συμπληροῦσθαι. ἢ εἴη ἂν ὑστέρα, ποιότητος καὶ ποσότητος. ἐν μὲν οὖν ταῖς συνθέτοις οὐσίαις, καὶ ἐκ πολλῶν ἐν αἷς, καὶ ἀριθμοὶ καὶ ποιότητες, διαλλαγὴν ἐ- B ποίησαν αὐτῶν, καὶ ποιότητες εἶεν ἄν. καὶ κοινότης τὶς ἐν αὐταῖς θεωρηθήσεται. ἐν δὲ τοῖς πρώτοις γένεσι, τὴν διαίρεσιν οὐχ ἁπλῶν καὶ συνθέτων δεῖ ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἁπλῶν, καὶ τῶν τὴν οὐσίαν συμπληρούντων. οὐ τὴν τινὰ οὐσίαν. τὴν μὲν γὰρ τινὰ οὐσίαν, συμπληροῦσθαι καὶ ἐκ ποιότητος, οὐδὲν ἴσως ἄτοπον ἐχούσης ἤδη τὴν οὐσίαν πρὸ τῆς ποιότητος. τὸ δὲ C τοιόνδε, ἔξωθεν· αὐτὴν δὲ τὴν οὐσίαν, ἃ ἔχει οὐσιώδη ἔχει. καί τοι ἐν ἄλλοις ἠξιοῦμεν, τὰ μὲν τῆς οὐσίας συμπληρωτικά,

ὁμωνύ-

ὁμωνύμως ποιὰ εἶναι τά δ᾽ ἔξωθεν μετὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχοντα, ποιά. καὶ τὰ μὲν ἐν ταῖς οὐσίαις, ἐνεργείας αὐτῶν. τὰ δὲ μετ᾽ αὐτὰς, ἤδη πάθη. νῦν δὲ λέγομεν οὐκ οὐσίας ὅλως εἶναι συμπληρωτικὰ, τὰ τῆς τινὸς οὐσίας. οὐ γὰρ οὐσίας προσθήκη γίνεται, τῷ ἀνθρώπῳ καθὸ ἄνθρωπος εἰς οὐσίαν: ἀλλ᾽ ἔστιν οὐσία ἄνωθεν, πρὶν ἐπὶ τὴν διαφορὰν ἐλθεῖν: ὥσπερ καὶ ζῶον ἤδη, πρὶν ἐπὶ τὸ λογικὸν ἥκειν.

A æquiuocè qualia nũcupari: quæ verò extrinſecus poſt eſſentiã veniunt, eſſe qualia: & quæ inſunt eſſentijs, earũdẽ actus exiſtere: quæ verò poſt illas, illas eſſe iam paſsiones. Nunc verò dicimus, illa nõ omnino eſſentiam ipſã complere, quæ ad quandam ſpectant eſſentiam. Non enim vnà cum eſſentiæ adiunctione fiunt homini in quãtum homo eſt, ad eſſentiam: ſed eſt eſſentiæ deſuper priuſquam ad differentiam veniatur, quemadmodum iam B eſt animal antequam ad rationalem deſcendatur proprietatem.

*Sicut non eſt prius ignis, deinde lux eius, & calor, & ſiccitas, atq; leuitas: ſed quatuor hæc ſimul cũ ignis eſſentia ſunt tanquam & proprietates & actus comites eius etiam exiſtentis in actu, ita ad ipſum ens ſe habent motus eius intimus, atq; ſtatus, & identitas pariter & alteritas. Cap. XV.*

